Statuts et actes divers

concernant l'Université de Toulouse

1309 à 1682.

T.

STATUTS

1309
1482

2

Statuts et actes divers

concernant l'Université de Toulouse

1309 à 1632.

Volume de 492 pages,
moins les pages 483 et 484.

25 février 1888

Ces Autres ne
sont que de
l'an 1350, et il y en a
d'autres qui commencent
comme ceulx cy nouveaux
universi qui sont premiers
l'an 1476

FACULTÉ DE DROIT
Bibliothèque
BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Universi et singuli presentes pariter et
futuri Qui venerabiles et religiosi viri scilicet dominus
Sicardus de Gardubio et Gerardus de Lautrier
Canonici ecclesie thlo ac vicarii seu vices
gerentes reverendi patris in xpo domini
Rolandi de Mosyaco Cancellarii Tholo in remotis
agentis habentes super contentis infirmis
a dicto dno Cancellario plenam et liberam
potestatem prout ibidem dictum fuit ex parte

Mt duo locum
tenentes
Cancellarii

A

una; Et Jacobus Guidonis Et Joannes de Corentia
bedelli sindici seu procuratores universitatis studii
Thlani habentes ad infrata ab ipsa universitate
plenam potestatem Et speciale mandatum ut
ibi similiter dictum fuit de altera constituti in
Caplo fratrum minorum thlo in pntia mei
notarii Et testium infratorum ac religiosorum
discretorum Et venerabilium virorum videlicet
dominorum Lectorum in theologia fratris
Arnaldi de Barrena ordinis predicatorum
Et fratris Arnaldi Royaldi frum minorum
tholose Et dominorum petri de Verdala
petri textoris doctorum decretorum et dnorum
Arnaldi scamboti Et raymundi bernardi
de fontecaprario Legum doctorum Et
bertrandi de turre Et petri de prohinis
baccallariorum in decretis Et multorum
aliorum baccallariorum in eadem facultate
Et guilli de turre Et Arnaldi pinana Et
Pontii de podio bardato Et simonis bardini

Et multorum aliorum baccalariorum in legibus
1° de Guiena Et Amadei 1° filii domini Vicecomitis de
Guiena Et Johannis de podio bardato Et dni
prioris de medicino Et prioris de pomerio
Et aliorum multorum scolariorum cuiuslibet
facultatis multitudinis congregatorum de
Universitate studii predicti qua advocatione
more solito facta super generali congregatione
facienda ibidem comparentes die Et anno
subscriptis inferius existebant suorum et
eorum quorum vices gerunt seu quorum
procuratores seu scindici existunt nominibus
super articulis inferius contentis inter se
convenerunt Et concordaverunt Et aliter
ordinaverunt quibus supra nominibus super
omnibus Et singulis sicut in sequentibus
continetur

De Electione Rectoris

Primo fuit ordinatum quod rectoris electio
semper fiat per universitatem studii Thlam

Ad hec vocatam et congregatam more solito. s. —
Primo in dicto / generaliter per scolas studij
doctoribus et magistris suas legentibus ordinarie
lectiones si tunc legatur ordinarie aliter
indicatur illa eadem hora per scolas in
quibus extraordinarie legi contingerit per
quoscumque s.

2 Item quod hec indictio fiat per unum vel per
duos bedellos de mandato et ordinatione
consiliariorum presentium et rectoris qui de poni
officium vel istis defficientibus de mandato
doctorum et magistrorum actu legentium
vocatorum et ad hec volentium convenire /

3 Item quod hec indictio fiat die ultima legibili
precedenti mediante vel immediate ante diem illam qua erit
rectoris electio celebranda

4 Item Rx Iudicatur sit q omnes doctores magri baccalarij et scolares veniant die tali et hora ad electionem futuri Rectoris faciendam In domo Cancellarij vel Eccle Sancti Iacobi secundum q Illi Universitate Alterum de dictis duobus locis dixerint eligendum super hoc quantum ad alterum locum de predictis duobus obitione libera super electione Rectoris taxatorum et consiliarorum In eorum Altero celebranda penes Illos de Universitate In perpetuum remanente

5 Electio Rectoris quo In loco fiat

Item Rx die precedenti Immediate Illam diem premissis vel aliquo eorumdem quo Iuminebit Electio facienda premittetur hora competenti Cancellario vel eius locum tenenti In hospitio vel habitatione sua si Iuvenantur alias viij de familia alterius eorumdem vel

omnibus defficientibus vel non ~~viventibus~~ iuventis viij
Canonice ecclesie Thle et electione in Crastinum
Imminente Inthimando et significando horam
et locum et declarando ac denunciando quod venia
Cancellarius vel eius locum tenens ad horam et
locum secundum factam sibi denunciationem si
agendis per universitatis voluerit interesse
Item quod hec bedellis pronuntiatio fiat secundum premissa per unum de
~~pronuntiatio~~

6. Item quod hec si prevocaretur in dubium an
predicta denunciatio facta esset vel non quod
stetur depposition bedelli qui eam se fecisse
asserunt sub prestito Iuramento

7 Item quod hora et loco deputatis seu electis
presente cancellario vel eius locum tenenti
universitas studii

Primo Eligat Rectorem

Consiliarij octo Secundario octo consiliarios vz unum doctorem in
decretis et alium in legibus

8 Item unum magistrum in logicis et alium in gramaticis ita tamen quod tam rector quam predicti quatuor consilliarij sint de doctoribus vel magistris actu et ordinarie legentibus

9 Item unum baccallarium in decretis et alium in legibus

Item unum scholarem in decretis et alium in legib'

Taxatores Item quod eligantur tertio ibidem taxatores

10 Item quod predictis consilliarijs et octo adjungantur et cum eisdem depputentur duo alij ita quod unus depputetur per dominum episcopum si presens fuerit in thla aut per officialem vel eius locumtenentem alius per cancellarium vel eius locumtenentem hij autem duo per predictos deputandi deputabuntur solum de canonicis thlanis vel de familiaribus dni epi vel cancellarij predicti

Consilarius Episcopi

11 Item quod si dicta die qua fiet novi rectoris

Electio 1o Electi non fuerint Consiliarij per predictos prout ad eos secundum premissa consiliarorum Electio seu nominatio noscitur pertinere Nichilominus Rector Creatus cum octo tantum consiliariis Et ultra procedet ad ea que Iuxta suum officium Occurrerint facienda

12 Item Quod si ijs qui prout ad Ipsum prout pertinet Consilliarum vel Consilliarios dicta die non Elegerit quod post quencumque possint eligere prout ad eum pertinet Et sic Electos vel Electum teneatur Rector adnatere per Iuramentum Et cum eis Ex tunc procedere sicut si ab Initio fuissent Electi vel vocati vel cum alijs Iurassent

13 Item Quod super Creatione Consilliarorum Et taxatorum Cancellario Slez dum taxa super eligendo suo Consilliario dno Epo

Si pnus fuerit in Thla alis officialis vel
eius locumtenens pronuntietur de die hora
et loco per unum de bedellis sic quod
credatur Juramento bedelli si pronunciationem
asserat se fecisse prout super electione
rectoris de cancellario est expressum

14 Item quod si consilliarij et taxatores
exerceant et teneant suum officium usque
ad principium anni proxime subsequentis
et non ultra nisi iterum de novo tunc
temporis ad predictum officium vocarentur

15 Item quod rectoris electi potestas durabit
per tres menses quibus elapsis celebrabitur
secundi rectoris electio cuius potestas
durabit ut dictum est tantummodo per tres
menses sic fiet de tertio et de quarto sic
tamen in cuiuscumque rectoris electione

Tres mensis Rectoria

quantum ad convocandam Universitatem —
pronunciationem faciendam eidem Cancellario —
semper que super electione primi sunt in
superioribus ordinata

16 Item Rector in principio studii sit Rector —
Canonista vel Legista Alterius Annis Ita quod
semper post Canonistam Logicus Post —
Legistam Gramaticus Assumatur

17 Hac ordinatione Assumetur Inchoante —
Canonista secundum Locum Logicus tertium
Legista quartum Gramaticus obtinebit —
Legista autem Inchoante secundum Locum —
Gramaticus tertium Canonista quartum
Autem Logicus obtinebit Isto modo quo ad
Rectores successio et ordinatio in perpetuum
observetur

18 Item Rector de doctoribus vel Magistris —

secundum suam facultatem eligatur in rectorem
Antiquior de sua facultate qui nunquam rector
fuerit Et si Antiquior alias rector fuerit
Assumetur post primum Antiquum Antiquior
Et sic de Aliis successive donec omnes
per ordinem fuerint Assumpti post quam
Cursus eodem ordine Iteretur

19 Item Quod si Cancellarius vel eius locum
tenens dictis loco die et hora quibus celebrabitur
rectoris et consilliariorum ac taxatorum electio
nominatio seu creatio pnus fuerit rector consilliarij
Et taxatores qui tunc electi fuerant si
pntes fuerint Iurare in dicti Cancellarij
vel eius locumtenentis manibus necessario
tenebuntur Ibidem Et dictus Cancellarius
vel eius locumtenens ipsius Iuramentum
Incontinenti Et Ibidem similiter recipere sint
Astricti Quilibet autem predictis Iurabit

secundum formam suam inferius exprimendam

20 Item quod absentes tunc electi vel alii qui post modum eligentur non utantur suo officio donec in manibus dicti Cancellarii vel eius Locumtenentis iuramentum ut dictum est prestiterint

21 Item quod si cancellarius vel eius Locumtenens vel ad hoc deputatus ab eo premuniante eorum alter ut supra dicitur dictis die hora et loco predictis non intersint universitas seu hii qui de universitate presentes erunt Nichilominus possint procedere ad electionem rectoris consiliarorum suorum et etiam taxatoris vel unius seu aliquorum eorundem secundum

no. diei assignationem ea vicecancellario vel alio eius nomine minime expectato Ita tamen quod rector hoc casu electus in absentia dicti Cancellarii iuret in manu rectoris antiqui vel unius de presentibus ibidem doctoribus vel magistris

taxatores vero et consilliarij qui tunc electi fuerint Juvent In manibus Rectoris de novo Creati et Jurati secundum formam suam

22 Item quod eodem modo ad predicta per universitatem procedatur si facta premitiatione dicti episcopi vel officialis Consilliarium suum dictis loco et hora non nominaverit Ipse vel Alius pro eodem

23 Item Quod si Rector ad tempus se absentare habeat quod Ipse possit unum de Consiliarijs Locumtenens suum dimittere quem de omnibus doctoribus vel magistris duxerit eligendum et quod electas per Ipsum hoc recipere teneatur si autem cedat vel decedat Idem Rector pro tempore quod restabit de tribus mensibus omnes consiliarij vel eorum Major pars unum doctorem vel magistrum possint sibi substituere sic tamen quod substitutus antequam

aliquid faciat tanquam rector pntetur Cancellario
vel eius Locumtenenti In Cuius Manibus
secundum formam Juramenti Rectoris Et Idem
Cancellarius vel eius Locumtenens Juramentum
Substituti Recipere teneatur Quod si cancellarius
vel eius Locumtenens Juramentum huiusmodi Recipere
non Curaverit seu tunc Inventi non fuerint
presentes premuniato Ut supra Jurabit tunc
substitutus secundum formam predictam In
manibus Unius de doctoribus vel magistris
Et sic Rectoris officium Exequetur

14 Item Quod si Aliqui de consilliarijs se absentent
nullum possint Loco sui Locumtenens vel vicarium
deputare seu quod vox Et officium Absentium
Durante absentia pertinea ad pntes si autem
Aliquis aut aliqui de Consilliarijs Cedant
vel decedant vel pro toto suo tempore se
absentent per Illum vel Illos ad quem vel
ad quos secundum premissa pertinet talis

electio alius vel alij subrogentur et taliter
n. subrogati presententur per n. rectorem cancellario
vel eius locumtenentes in cuius manibus
iurare tenebuntur substituti secundum formam
iuramenti consiliariorum sicut supra proximo de
rectore

25 Si controversia sit cum archiepiscopo capitulo vel cancellario

Item quod si contingat quod super aliqui
vel aliquibus universitas studij vel rector
nomine eiusdem universitatis gravari aut ledi
aut in iure suo diminui aut questione sive
causam iniuste moveri sibi a domino episcopo capitulo
vel cancellario tholose aut aliquo eorundem
credant vel reputent rector universitatis
predicte cum assensu consilliariorum congregare
mandare possit et debeat ad hoc solum ut
requirat nomine universitatis dominum
episcopum capitulum vel cancellarium illum vel
controversia quem dicta questio seu conservet causa ut id
vel ea in quibus ipsam universitatem gravant

vel ledum aut questionem sine causam movere
revocent et emendent et ab ipsis penitus
desistant. Quod si per eum vel eos qui fuerint
requisiti super hiis infra octo dierum spacium
predicte requisitioni obtemperatum non fuerit ex-
tunc infra trium dierum spacium dominus et ipse
seu capitulum aut cancellarius unam personam
eligat et eligere teneatur et rector cum
consiliariis aliam infra tridium super quibus
scilicet congregatione requisitione vel electione
persone rector de assensu consilliariorum
vel maioris partis ipsorum possit congregationem
generalem inducere ad premissa dumtaxat et
sub virtute prestandi seu prestiti juramenti
que persone sicut premittitur electe huiusmodi
causam questionem seu controversiam inter
predictos habeant decidere vel determinare
infra mensem post dictum tridium numerandum
quod si factum per dictas duas personas

non fuerint ex tunc Universitas seu Rector ipsius
Coram quo voluerint et debuerint jus
suum libere prosequi valeant salvo quod hoc
casu vel alio quocumque tangente predictis
ipsum aut Capitulum seu Cancellarium et punctum
vel divisim nunquam possit per dictum Rectorem
vel alium nomine dicte Universitatis judici seu
mandari congregatio sub virtute generalis
predictis jurati

26 Item fuit ordinatum quod Bancarius generalis et
perpetuus non sit de Cetero post decessum
fortis de Cantirano qui nunc Bancarius
existit in studio seu in scolis dicti studii
sed quod Rector qui pro tempore fuerit cum
consensu Consilliariorum vel maioris partis
eorundem faciat deserviri in dicto officio
per aliquem idoneum juxta posse per quem
etiam vel alium Lenari faciat seu colligi inde
proveniens emolumentum arrendando vel
alias secundum quod magis utile Universitati

poterit apperere de quoquidem emolumento sic
per rectorem vel deputatum ab eo collecto
seu levato rector det et dare ac solvere teneatur
anno singulis per terminos infrascriptos quindecim
libras turonen. uni sacerdoti per cancellarium
deputando primo in festo beati Thome apli
tertiam partem item in festo penthecostes
aliam tertiam partem et residuum in festo
beati Michaelis septembris qui sacerdos diebus
singulis missam defunctorum et specialiter pro
animabus omnium episcoporum thlen. cancellariorum
rectorum et studentium et officialium dni epi
thlani qui fuerunt et nunc sunt et pro tpre
erunt in studio thlano in ecclia fratrum
predicatorum thlen. vel alibi prout universitati
placuerit debeat et habeat celebrare et
predictus sacerdos annualis existat ponendus
et removendus pro dicti cancellarii libera
voluntate ita tamen quod si in celebrando

missam predictam dictus sacerdos aliqua
die seu aliquibus diebus legitimo impedimento
cessante defficerit punitur per Rectorem
dicti studii vel deputatum ab eo in duodecim
turon parvis deducendis de
illis quindecim libris totiens quotiens
sine legitimo impedimento pro arbitrio
Rectoris a celebratione cessaverit dicte
misse

27 Item de predicto emolumento det et dare
teneatur supra idem Rector quindecim libras
turon parvorum pro equis partibus dividendas
inter duos scolares per Rectorem consiliarios
in festo omnium sanctorum deputandos singulis
annis qui scolares in dicta missa defunctorum
ut predicitur celebranda dicto sacerdoti
alterius septimanis hora per Rectorem
deputanda habeant deservire et si defectus
sit ex parte clericorum in servitio dicte misse

punitus sit clericus in cuius septimana defectus
acciderit in sex turonenses parvis pro defectu
quolibet per rectorem

28 Item quod iurent clerici denunciare defectus dicti
sacerdotis rectori quotiens senserit ipsum in
dicte misse celebratione cessasse vel alias
defecisse sacerdos autem iurabit de clericis
vice versa

29 Item quod tam sacerdos quam duo clerici predicti
teneantur diebus dominicis vel aliis solemnitatibus
interesse personaliter in missa universitatis
et officiare in ipsa vel committere ita tamen
quod ipsi nichilominus in missa remaneant quod si
quis de predictis in missa defecerit punietur
per rectorem vel deputatum ab eo vel eorum
quilibet pro quolibet defectu in sex denarios
turon

30 Item quod pecunia ex predictorum omnium defectibus
provenientes pro rectoris arbitrio in piis usibus
expendatur

31 Item quod quidquid de predictorum bancarium
emolumento dedictis predictis xxx libris
supersint viri universitatis remaneat applicatum
expendendum per rectorem cum consilio consiliariorum
in luminaribus dicte misse et aliis piis
usibus et necessariis prout rectori et
universitati visum fuerit expedire

32 Item quod dicti duo clerici boni cantatores
existant nec sint perpetui sed annuales

33 Item fuit ordinatum quod duo bedelli generales
De creatione Bedellorum et perpetui sint de cetero in dicto studio theologie
quorum cantio seu institutio perpetuo pertineat
ad cancellarium et universitatem studii ita tamen
quod cedentes vel decedentes bedellis qui nunc sunt

vel pro tempore fuerint dicti cancellarius et
universitas alterius vicibus habeant bedellum
seu bedellos instituere vel creare ita quod vice
sua cancellarius sine universitate instituat sine
creet et similiter universitas sine cancellario
exercerat predicta vice sua hoc salvo quod
institutus bedellus per cancellarium iurabit
secundum suam formam in manibus rectoris
institutus autem per universitatem secundum
eandem formam iurare tenebitur in manibus
cancellarij vel per eum alterius deputati

34 Item quod cedentes vel decedentes duobus bedellis
qui nunc sunt eorum successores aequis
portionibus inter se habeant dividere universa
que eis obvenient coniunctim vel divisim ratione
vel occasione bedellarie sive sit pecunia sive
vestes sive aliquam quodcumque cessante quasi fraude

35 Item quilibet doctor Magi vel baccalarius
fol 5 pt 23 vel scolaris dum tamen major octem annis
fol. 5 pt 23 extitit iuret in manibus rectoris secundum
fol. 5 pt 23 formam iuramenti generalis cum iurare
fol. 5 pt 23 tenuatur et si necessarium fuerit compellatur
per superiorem vel per dominum episcopum Thle
vel eius officialem Thle

36 Item quod indictiones vaccationum quae indicentur
pro festivitatibus natalis domini carnis privij
pasche et pentecostes procedant et fiant
ex parte Cancellarij et Rectoris

37 Item quod requisitiones que fuerint ut studentes
veniant ad examinationes publicas
licenciandorum fiant sibi ex parte Cancellarij
et Rectoris rogamus et requirimus
omnes etc

38 Item quod nullus licen tholost qui nondum

fuerit solempne principium possit repetere
cum oppositis et quesitis vel alium actum
doctoralem in dicto studio exercere sine licentia
Cancellarij quam licentiam Cancellarius dare
poterit si videbitur sibi requisito tamen prius
consilio omnium doctorum vel magistrorum facultatis
eiusdem. Actu ~~Legitimum~~ legentium ordinarie

39 Item quod licentiato extra studium Thol. non
poterit dare Cancellarius dictam licentiam nisi de
consensu omnium doctorum vel magistrorum eiusdem
facultatis Actu Legentium vel maioris partis
eorum omnibus tamen primitus requisitis

40 Item quod quando aliquis habebit de novo
incipere legere in iure canonico vel civili primo
antiquam legere incipiat quod doctor ille sub quo
habebit incipere putet eum Cancellario vel
eius locumtenenti coram quo doctor habeat

facere eiusdem sufficientia bonum testimonium
per simplex verbum suum quo facto ipsum
Cancellarius vel eius Locumtenens tanquam
sufficientem admittere teneatur absque aliqua
examinatione et sit eo per ipsum cancellarium
admisso vel etiam non admisso post modum
absque alia licentia legere poterit putatis
et licentia presentantis

41 Item quod si doctor ad presentandum volens
legere et novo ad locum habitationis Cancellarij
vel Locumtenens ipsius venerit et ibi
Cancellarium vel eius Locumtenens non invenerit
ipse idem doctor absque alia licentia poterit
licentiare suum baccallarium pro lectura
extraordinaria super hoc cancellario ulterius
minime requisito nec aliquo alio pro eodem

42 No. Item quod baccallarij licentiati iurabunt Cancellario
quod non erunt in auxilio vel consilio scienter nec

Notte Cecy est contre la Bulle de Jeudi 41

fauorem prestabunt per quae Jura Cancellarij possint
subuerti vel diminui

43 Item Idem baccallarij Licentiati Jurabunt
quod Lecturam In Tholosano studio Continuabunt
ordinarie per biennium si comode possint alioquin
si non habeant facultatem acomodam aut si
habeant Impedimentum Legitimum expressa Illa
Causa non facultatis accomode vel Impedimenti
Coram Cancellario fidem de hoc Ipsi Cancellario si
hoc exhegerit facere tenebuntur per suum
proprium Juramentum

44 Item Quod si esset dissentio vtrum Causa expressa
vel Impedimentum huiusmodi esset sufficiens vel
Insufficiens debebit Ista questio seu dissentio
dirimi per Cancellarium et facultatis Illius
professores Ita tamen quod teneat Judicium
Cancellarij ex vna parte si eius Judicio concurrat

Consensus duorum doctorum vel magistrorum ipsius facultatis dumtaxat verumtamen ad hoc oportebit requiri et convocari omnes professores vel magistros actu legentes illius facultatis

45 Item quod rector magistri professores habeant facultatem ordinandi de lectionibus modoque legendi et de ceteris minutis que sunt ad bonam ordinationem studii in ceteris que altiorem requirunt indaginem vel cognitionem aliquam facultate sibi penitus interdicta collectam autem nullatenus faciant nisi de licentia domini episcopi vicarii vel officialis thlam excepta causa lmarum et aliarum piarum causarum et tunc eis permittitur quod possint collectas facere usque ad summam dumtaxat lx librarum turonensium parvorum in toto anno

Cecy est contre les 2 stulles

46 Item quod in congregationibus faciendis

Rector et Universitas sic temperate se habeat quod propter frequentiam congregationum non impediatur processus lecture et studentium profectus alioquin compelleretur per superiorem si aliter se haberet.

Et pourquoy jusques faloit je en faire de trois en trois mois pour la creation du Recteur

47 Item quod nulli interdicatur lectio sed si qui fuerint reprobi ex causa legitima interdicatur eis per superiorem vel eius officialem non solum lectio sed omnis legendi facultas quod vero interdictione de omnis lectionis singularium non intelligitur et cessatione que interdum fit ex multis causis ad modicum tempus.

Cecy est amor forme lendemain contre les Mullet

48 Item quod nichil exigatur a quocumque pro licentia danda vel concedenda licentiatur aut ~~danda~~ eius occasione

N. contra Camellarium

49 Item quod nichil exigatur per nuntios qui preparant scamna loca et sedes licentiandis et incipientibus hoc

dumtaxat excepto vz pro labore et expensis ac
fractione scannorum et tunc unusquisque licentiandus
dare tenebitur in die licentie sue si sit gramaticus
Artista vel medicus x ß turonensis parvorum
Canonicata vero vel legista dare tenebitur
in die sue licentie xx ß turonensis parvorum
mutijs scama loca et sedes preparantibus
et per cancellarium deputatis

50 Item dicti baccallarij ~~unum~~ nullum juramentum
prestabunt nisi tunc denum quando licentiantur
et tunc jurabunt sicut superius continetur

Hodie fit contra et sic etiam est contra nam etiam a scholasticis exigitur jusjurandum ergo multo magis a baccalarijs
est articulus est ex ... p. 6 filio verso in initio de liure de mr Larchevesque
vide etiam p. 55

51 Item fuit ordinatum dicti quando et quotiescumque
aliqua occurrent ordinanda vel facienda per
rectorem quod ipse per unum vel per ambos bedellos
mandet consilliarijs qui putantur fuerint et in tabula
et sub virtute juramenti prestiti per eosdem si et
quando sibi visum fuerit expedire dicti certis hora-
nesque

Pa rector ordinat facienda per universitatem vel mandat universitatis congregationem f. verso vers. au liure de mr Larchevesque

vel loco conveniant cum rectore pro tractandis negotiis que occurrunt et quod omnes venire teneantur cessante impedimento legitimo et cuius impedimento sufficientia et veritate relinquatur conscientie cuiuscumque

52 Item quod facta vocatione consilliariorum ut proxime dictum est qui eam fieri mandaverit conveniat hora et loco deputatis et procedat ad ea que facienda vel ordinanda erunt nulla de absentibus expectato dum tamen consilliarii qui tunc convenerint maiorem partem illorum duntaxat consilliariorum faciant qui tunc presentes fuerunt in thla

1° de consilio consiliariorum quos tunc ibidem contigerit convenire 10

53 Item quod iuret rector se bene et fideliter et diligenter prout exigent negotia in rectore officio se habere

54 Item quod nunquam mandabit seu mandare faciet

Congregatio gentis de mandato rectoris f. 6 verso circa medium / Jur. Lucae de Larchenesq

congregationem generalem sub virtute Juramenti
nisi de consensu consilliariorum vel maioris partis
presentium prius tamen omnibus convocatis qui
tunc presentes fuerint in tabula de qua
vocatione credatur depositioni bedellorum
vel alterius eorundem

55 fol. 6 verso l. 24 Item quod nunquam mandabit seu mandare
faciet etiam de consensu consilliariorum
congregationem sub virtute prestiti Juramenti
in causis seu questionibus tangentibus dominum
episcopum capitulum seu cancellarium tabule conjunctim
vel divisim prout superius est expressum

Cela est iniuste quid enim si episcopus graves et universitatem ut saepe fecit an relinquerentur sine consilio

56 fol. 6 in fine Item Jurent consilliarii quod in agendis
dabunt bonum et fidele consilium ut melius
poterunt secundum suam discretionem in negotiis
et causis universitatis quando et quotiens per
rectorem requisiti fuerint locis et temporibus oportunis
et

Rector consilium cogit in negotiis causis universitatis

57 fol 7 ejusdem rectoris mandat congregare generaliter et particulariter

Item quod ad requisitionem rectoris veniant ad congregationes generaliter vel particulariter quando et quotiens sub virtute prestiti juramenti fuerint per rectorem qui pro tempore fuerit non alias requisiti nisi impedimento legitimo impediti venire non possent de quo absque omni excusatione et inquisitione alia creditur et stetur conscientie cuiuscumque

58 repetitio y inutile de l'article 55 ie qui tesmoigne comme ils affectionoient etc

Item quod non conscientiam quod congregatio mandetur generalis sub virtute juramenti in causis sine questionibus tangentibus dominum episcopum capitulum et cancellarium thlamensis nisi secundum quod superius continetur

59 Item quod tenebunt secrete id quod rectoris posuerint sub secreto nisi redundare posset in lezionem domini episcopi vel ecclesie sue thlamensis

60 Item quod iurent taxatores bene et diligenter et fideliter in dicto officio secundum quod melius poterint se habere

61 Item quod iuret bedelus qui instituetur per Cancellarium in manibus rectoris obedire in licitis et honestis rectori et Cancellario

fol. 7. l. 16 bedell' electus a Cancellario iurat in manibus rectoris

Item is qui per universitatem instituetur iuret in manibus Cancellarii vel locumtenentis ipsius se obedire similiter in licitis et honestis Cancellario et rectori et quod iurent ambo similiter fideliter et bene in suo officio se habere

Item quod ea que eis sub secreto per rectorem vel Cancellarium committeretur secretum tenebunt dumtamen in lezionem dicti domini Epi vel sue ecclesie non redundet

Item quod alieni seu aliquibus non revellabunt

sine licentia illius qui secrete mandaverit hoc teneri

Item quod nunquam mandabunt congregationes generales sub virtute prestiti juramenti nisi secundum quod supra in forma juramenti rectoris continetur. Juramus quod salvo jure dni epi tholosani et sue ecclesie, cancellarii et cuiuslibet alterius superioris, quibus in aliquo preiudicare non intendimus quod jura debita universitatis defendemus et prosequemur loco et tempore opportunis ubi per rectorem seu eius locumtenentem fuerimus requisiti de consilio consiliariorum quandiu erimus in studio studentes et de studio tholosano cessante impedimento quocumque legitimo super quo stetur conscientiam illius qui juravit.

fol 7. in fin primae paginae

haec forma non observatur | Not. nec observata fuit unquam

Item quod vocati per rectorem vel eius locumtenentem de consilio consiliariorum vel maioris partis

Rector vocat consiliarios. f. 6 vers. l. 6

ad congregationem veniemus Justo Impedimento
cessante ut supra

Item quod si eligamur in rectorem vel
consilliarios omnes non recusabimus nisi ex
Justa causa de qua stetur Judicio rectoris
qui deponit officium et maioris partis
consilliariorum

Item quod doctorem scolarem vel baccallarium
quem rectori scivimus non Jurasse Infra
quindecim dies a tempore notitie notificavimus
rectori

Item Bedellos notifficavimus secundum
formam super hoc annotatam quod quidem
Juramentum tunc quilibet Juratus et Juraturus
deinde teneatur observare cum processerit
mandatum de voluntate consilliariorum omnium
vel maioris partis eorundem presentium

Que omnia et singula suprasta sunt et
ordinata de quibus omnibus et singulis antedictis
superius predicte partes requisierunt me notarium
infrascriptum ut inde conficerem publicum
instrumentum ad perpetuam memoriam omnium
predictorum Postque die inferius subscripta
lectis et de verbo ad verbum omnibus et
singulis cum teris superius per religiosum
virum dominum petrum de verdalla rectorem
studii thlam Carcassone canonicum decretorum
doctorem palam et publice expositis et
perlectis in claustro fratrum minorum presentibus
doctoribus magistris baccallariis et scolaribus
qui ad vocationem et congregationem generalem
solempniter vocati convenerant et presentes
erant dictus rector et omnes presentes
ibidem predicta omnia et singula ex certa
scientia hoc approbaverunt et confirmaverunt

pro se et suis successoribus quibuscumque
nomine suo ac universitatis studii antedicti
Actum fuit hoc duodecimo die introitus
mensis Martii regnante Philippo Francorum
rege et Galhardo episcopo Thlauno anno ab
1310 incarnatione domini millesimo ~~tricent~~ tricentesimo decimo

Anno domini millesimo tricentesimo
1313 tredecimo magistro Guillelmo la Casa existente
rectore ordinatum fuit quod rector non
possit arrendare vel assensare iura
universitatis sed quod ipse rector ipsa percipiat
et exigat vel faciat exigi et de perceptis
rectori subsequenti teneatur reddere fidele
compotum et eidem rectori restituere si quid
habet

Item quod bedelli iurent quod non publicent
aliquid ex quo universitatis ius deperiret donec

Rectori extiterit plenarie satisfactum

Quia Secundum Consilium Legislatoris
Uniuscuiusque Rei principium pars potissima
debet esse extitit In primis ordinatum Quod de
Cetero quolibet die dominico statim post
sermonem In capite ecclesie fratrum predicatorum
missa per Universitatem memorati studii de
beate Virginis Celebretur nec non purificatione
et Assumptione missa solempnis

Item solempnis vespere In dicto Capite per
eandem Universitatem una cum Conventu fratrum
predicatorum quantum ad Ista duo Festa
scilicet purificationis et Assumptionis
Cellebrentur In Annuntiatione Cum natiuitate
beate Marie virginis Etiam si contingat ea
venire In die dominico In domo fratrum minorum
per eandem Universitatem una cum Conventu
fratrum minorum solempnis Missa et vespere

Celebrentur exceptis tamen quibusdam vel aliquibus
diebus dominicis qui propter dierum et misterij
solempnitatem rationabiliter exibuntur vz
dominico sancto pasche dominico in ramis palmarum
ac etiam solempni dominico pentecostes tunc
enim missa non celebrabitur ante dicta nec
ob illa hora qua debet cellebrari solemnis
dicti officium fratres valeant impediri exceptis
etiam festis annualibus et alijs vnaliter
solempnibus si contingat ea in die dominico
euenire scz festis omnium sanctorum et natalis
domini circumsisionis ac festo epiphanie
eiusdem exceptis etiam festis beati dominici et
beati petri martiris et beatorum francisci et
anthonij sancti benedicti et sancti bernardi
quibus duobus scilz ~~duo~~ beatorum dominici
et petri in domo predicatorum dicta vniuersitas
vnacum dictis fratribus predicatoribus
vesperas et missas sollempnes cellebrabit

In duobus enim festis vz beatorum francisci
et Anthonij eadem vniuersitas cum dictis
fratribus minoribus vesperas et missas
solempnes in eorum ecclia celebrabit
fuit etiam factum quod quilibet doctor et
magr in theologia iure canonico et ciuili
gramatica et logica actu legentes et in
ciuitate presentes in studio memorato

Item Baccallarius quilibet et licentiatus
cuiuscumque facultatis existens procurator
et scindicus ad dictam missam infra epistolam
ad vesperas ante ad finem primi psalmi interesse
virtute istius statuti personaliter teneantur
nisi legitimas habeant excusationes si autem
aliquis de predictis qui ad missam venire
et vesperas vt premittitur astringuntur
infra epistolam vel ante finem primi psalmi
non venerit excusatione legitima nullatenus

Accedente doctores et magistri et quilibet
ipsorum qui venire ad missam et vesperas omissorum
prout superius est expressum ipsorum quilibet
quatuor turonen pro pena omissionis descriptionis
pro necessariis dicte misse Licentiati vero
baccallarii cuiuscumque facultatis existant
Ac non procuratores et scindicus quilibet ipsorum
duos turonen pro dictis necessariis teneantur
que pecunia pro dicta omissione debita et
soluta in una brustia reponatur

Item vero scindicus non veniens ad dictam
missam debebit rectori quolibet dominico insinuare
et in scriptis tradere nominatim rector
autem per dictum scindicum dictos venire
remittentes infra sequentem diem dominicam
vel infra octo dies a dicte obmissione
tempore computandos certiorari faciat ut
dictam omissionis penam infra octo dies a die

Rector exigit poenam

omissionis predicte dicto Rectori soluant nisi —
excusationem Legitimam habeant quam excusationem
Infra dies octo dicto vel Scindico ad hoc misso —
per Rectorem predicta parentibus allegare proponere
Et pretendere tenebuntur

Item fuit ordinatum quod Rector omnibus
Post ponitis In missa et vesperis antedictis
Interesse nisi excusationem habeat Legitimam —
teneatur sub pena en turonensi necessarie
dicte misse depputandorum prout superius In casu
simili extitit ordinatum quam excusationem
pretendat Infra octo dies coram uno doctore —
presente Scindico requisito fuit etiam —
ordinatum quod pro non veniente habeatur
qui ante recesserit quam finiatur agnus
dei nisi deinde a Rectore petita Licentia
Et obtenta fuit etiam ordinatum quod cum —

Licentiam dat Rector

opportunum fuerit Luminaria reparari Rector
faciat dicta Luminaria integri et tunc vel
paulo post licet dicto Rectori dictam brustiam
presentibus procuratore et Scindico aperire
et pecuniam ibi reconditam accipere in
dicta reparatione et aliis misse
necessariis convertendam/ fuit etiam ordinatum
quod pro festis beati Nicolai et beate
Catherine virginis per omnes scolas per
bedellos doctoribus et Magistris legentibus
ordinarie publicetur quod dicta universitas
dictorum Magistrorum baccallariorum et
scolarium vesperis et misse in domo
fratrum predicatorum ubi consueverunt
actenus Cellebrari interesse dictis solempnis
teneantur Lectores sine magistri pauperes
sine mendicantes habentes domos
Conventuales a predicto statuto
excusantur

fol. 9 verso lin. ij

Rector congregationem judicit

Item fuit etiam ordinatum quod Rector possit congregationem judicare de consensu procuratorum aut maioris partis eorum cum sibi videbitur expedire.

Nota non dicitur quod teneatur

Insinuare cancellario

Fuit etiam ordinatum quod cum congregatio facienda evenerit Rector precedenti die insinuare debebit per bedellos omnibus magistris lectoribus nisi existant magistri in theologia doctoribus et magistris procuratorum et scindier et aliis cum fuerint evocandi quod die sequenti ad congregationem veniant super universitatis negotiis et aliis super quibus debebit fieri congregatio tractaturi ubi causas contingat necessitatis propter quem oportet congregationem fieri et tunc dicatur per bedellum quod ex causa fit pena v. s. turonensis non venienti ad congregationem infra horam

que sibi destinabitur Iminente quam soluere
teneatur monitus per Rectorem scindicum vel
bedellum nisi infra quindecim dies a tempore
monitionis computandos bona fide et
legitime se excuset a qua pena excipiuntur
religiosi theologij ordinis paupertatis et
lector sancti bernardi quibus Rector propter
talem contumaciam poterit iudicare unius
lectionis vaccationem nisi possit se ut
premittitur excusare

fol. 9 vers. lin. 28

potestas Rectoris
1 p 34 art 2

Item ordinatum est ut ad funus magistrorum
in theologia lectorum et doctorum utriusque
iuris magistrorum in medicina logica et
gramatica baccallariorum procuratorum et
scindici ac bedellorum omnes magistri lectores
theologie doctores magistri previcti baccalarij
procurator et scindicus bedell interesse
teneantur vz ut ad domum deffuncti veniant

Et finiunt usque ad locum sepulture non relinquant
Et procedant bini et bini ordine incedentes ordine
observato debito vz primo ordine precedentibus
Magistris in theologia secundo lectoribus
tertio doctoribus in decretis quarto legum
doctoribus quinto magistris in medicina
sexto in logica septimo et ultimo in
gramatica in ordine magistrorum post hos
autem succedant baccallarij ordine prioritatis
inter ipsos servato secundum facultatem
cuiuslibet prout est de magistris et doctoribus
ordinatum / magistri autem doctores et baccalarij
cuiuslibet facultatis inter se istum ordinem
observabunt quod illi qui sunt antiquiores
in lectura alios antecedant excepto inter
canonistas doctores in decretis antecedant
actu legentes decretum post hos autem
scolares bini et procedant prout melius per

bedellos poterit ordinari ibique remaneant —
donec corpus traditum fuerit sepulture verum
si ad ~~finitus~~ funus cuiuslibet scolaris dicta universitas
prout iam est ordinatum interesse tenerentur
pro hoc possent lectiones minium retardari —
et per consequens communis utilitas impediri
valeret statutum est quod dicti magistri lectores
procurator et scindicus in duas partes
dividantur et quod vicissim seu alternis
vicibus interesse scolarum funeribus teneantur
et quod partes illi quolibet anno in quadam —
carta per nomina cuiuslibet scribantur et ut
potius possit esse certum ne ordo aliquatenus
valeat impediri seu perturbari seu aliqua —
dissentio oriri que pars funeri interfuerit —
qualibet illarum partium non habeat specialis
sed una vocetur pars pietatis alia vero —
vocetur pars comparationis et cum scollaris
aliquis decesserit bedellus ita clamet talis

de tali natione viam universe carnis et exmandatur
ex parte rectoris parti pietatis ut intersit funeri
et ex Statutum, Est quod si aliquis
vocatus ad funus contumax fuerit si fuerit magister vel
doctor iij ß turonis solvere teneatur religiosi
viro quilibet unam missam pro defuncto celebrabit
Quilibet autem procurator et scindicus nisi
interfuerit ij ß solvere teneatur si autem
contingeret mori baccallarium tunc teneantur
interesse baccallarii facta divisione ut supra
Et si contumaces fuerint ij ß rectori solvere
teneantur

In primis fiat congregatio prima dominica
octobris per rectorem qui tunc erit in loco ubi
magis videbitur expedire et ibidem ante
omnia novus rector erectus de consilio et
assensu magistrorum in theologia vel ipsis
non existentibus de consillio et assensu lectorum

fol. 10 vers. 12. 10 et seqq.

Creatio rectoris

Item dictorum magistrorum procuratorum baccallariorum et scolarium vel maioris partis eorundem qui rector tunc de actu ordinarie legentibus assumatur ~~cuius~~ cuius vero officium durabit usque ad primam dominicam Januarij et ille rector primus assumatur de doctoribus legum actu legentibus et tunc huiusmodi rectoris officio finito dicta die dominica prima Januarij eadem die fiat congregatio eodem modo quo supra et alius de gramaticis magistris actu legentibus assumatur cuius officium durabit usque ad primam dominicam mensis Aprilis et tunc facta congregatione modo quo supra creetur alius rector scilicet de doctoribus tertio actu legentibus decretorum cuius officium durabit usque ad primam dominicam mensis Julij et tunc congregatione facta quartus rector creatur modo quo supra de magistris in logica actu legentibus cuius officium

Nota: ordinem et formam creandi rectoris etc.

durabit usque ad primam dominicam octobris que forma rectoris in creatione perpetuo observetur excepto quod in anno sequenti immediate inter canonistas et legistas ordo convertatur vel in principio unius anni primus rector de canonistis creetur et idem ordo conversus de gramaticis et artistis observetur scilicet ut secundo rector eligatur de artistis que alternatio singulis annis convertenda in perpetuum similiter observetur rector autem nisi electioni de se facte pervenerit secundum tenorem privilegiorum per universitatem compellatur Rector iurabit statim cum creatus fuerit in manu rectoris cuius officium tunc fuerit creatum tactis sacrosanctis evangeliis quod in officio rectore bona fide se habebit Sciendum est quod creato rectore primo in principio studii statim taxatores creabuntur ab eadem universitate qui erunt annuales quorum unus erit de legistis

fol. ii. l. ii. 13

Juramentum rectoris novi in manu veteris rectoris

fidelitate

et canonistis et alterius anni et alius ibi
de gramaticis et logicis similiter alternatim
qui taxatores de doctoribus et magistris actu
legentibus assumetur qui jurabunt in
manibus dicti rectoris se fideliter taxaturos

fol. ij L. 23

taxatores jurant in manibus rectoris

Post creationem taxatorum fiant novi
procuratores scilicet quatuor et post alii
renovantur qui procuratores erunt annuales
quorum duo sint de baccallariis et aliis duo
de scolaribus scilicet unus baccalaureus de legistis
vel canonistis et alius de artistis vel
gramaticis alternatim et idem de scolaribus
observetur qui jurabunt in officio procuratoris
fideliter se habere et secreta universitatis
tenere

f. ij vers. L. 6

Post creationem procuratorum renovetur
sindicus et idem vel alius pro universitati
videbitur creetur de novo qui jurabit in
manu rectoris quod in sindicatus officio

Syndicus jurat in manu rectoris

fideliter se habebit et secreta Universitatis nullo
extraneo revellabit

Item statutum est quod bedellus seu bedelli iurabit
vel iurabunt in manu rectoris quod officium suum
fideliter exercebit seu exercebunt et quod nichil
exigent a scolaribus nec ab aliis studentibus
cuiuscumque status magistratus doctoratus baccallariatus
vel scolastici existant sed sint contenti salario
bedello solito debito scilicet duobus tholosanis
quolibet scolari in gramaticis et logicis et
quatuor tholosanis vel valore ipsorum in alia
pecunia a quolibet scolari studente in utroque
iure canonico vel civili eisdem in sua collecta
solvendis itaque in hiis et que sequuntur
inferius eis dandis ipsi duo unicam personam
quo admodum petendi et exigendi representent
fuit etiam ordinatum quod habeant pro
funeribus scolarium duos solidos turonis cuius
funeris obsequi dicti bedelli plene interfuerant

Iuramentum Bedellorum in manu rectoris et [illegible] fieri mentionem [illegible]

Iura Bedellorum

Item a quolibet baccallario in artibus duos sol. turon. et cirotecas albas cum determinationi dicti bedelli interfuerint et responsioni

Item a baccalariis in medicine noviter facientibus quinque sol. turon. parvorum et cirothecas albas

Item a quolibet incipiente titulum legere vel decretalem de novo sive instituta sive librum in iure canonico vel civili vii solidos turonensis et cirothecas

Item a quolibet incipiente extraordinarium doctrinale volente legere de novo vi denarii turonensis

Item a quolibet incipiente prisciannum et tractatus ex dicti turonensi predicti bedelli recipiant et exhigant unica tamen persona quantum ad modum petendi predicta et exhigendi ut premittitur censeantur

f. 12 l. 6 Item Ordinatum extitit quod Rector possit congregationem
potestas Rectoris Indicere et consensu procuratorum aut majoris partis
eorum cum sibi videbitur expedire

fol. 12 l. 9 Item habita deliberatione ex consensu Lectorum
non existentibus Magistris in theologia doctorum
et Magistrorum et procuratorum et scindici vel majoris
partis eorum ex causa que predictis justa videbitur
sp. 45 possit interdicere lectiones vacationes etiam
Indicere penas etiam in statutis contentas recipere
ab istis qui reperientur violatores privilegiorum
statutorum vel etiam transgressores

fol. eod. Item rebelles universitati et studio cum consilio
et consensu predictorum punire secundum tenorem
privilegiorum et statutorum juxta eadem privilegia
contra 5 fela doit estre faict par le superieur Contra rebelles factorum

fol. eod. l. 18 Item de libris et hora legendi et modo et
de aliis que spectant ad ordinationem studii
de consilio et consensu predictorum vel majoris

partis ipsorum poterit ordinare statutis tamen
per istam potestatem que super ordinatione
lectionum et repetitionum et disputationum
factis in suo robore duraturis in aliquo
minime violandis

fol. 12 l. 23
jur. aut ergo
baccalarij contra
id quod 5 dicitur
f. 29
item nota, Jurare
universitati non
Cancellario

Item nomina omnium baccallarium et alliorum
qui debebunt jurare universitati in scriptis
habeant et scribi faciat secundum quod pro tempore
sui regiminis ad suum officium pertinebit procurator
ad requisitionem rectoris debebunt ipsum
consulere super negotijs tangentibus universitatem
cum deliberatione dum tamen tempus patiatur
deliberandi consilium et a predicto rectore
fuerint requisiti Item debebunt esse
congregationibus et aliis que in statutis eorum
officio incumbunt / facienda scindicus universitatis
agit et deffendet et ad congregationem
veniet penas a violatoribus statutorum et
transgressoribus privilegiorum statutis et debitas
rectori denuntiet per dictum rectorem a dictis

fol. 12 vers. l. 4
rector exigit poena
a transgressoribus
privilegiorum sic 1764

transgressoribus et violatoribus exhigendis

Item et alia que sibi ratione officii incumbunt et adque per statuta specialliter ~~procurabit~~ est astrictus faciet et fideliter procurabit

Bedelli quotiens et ibicumque per aliquem scolarem sive studentem quamcumque humiliter fuerint requisiti ad facienda ea que suo incumbunt officio omni morosa dilatione sublata ac negotiis propriis post positis pro urbibus fideliter exequantur omni petitione pecuniaria et doni gratia submotis exceptis superius concessis

fol. 12 ~~[illegible]~~ 13

Bedelli nec sed absentem sine licentia rectoris

Item quod dicti bedelli exire civitatem non audebunt nisi denum a rectore petita licentia et obtenta qui rector secundum ~~[illegible]~~ qualitatem negotii diem infra quam reversi sint prout sibi videbitur assignabit et tunc cum absentare

se disposuerint Justa tamen causa prius ipsi
Rectori ab ipsis bedellis allegata et per
eundem Rectorem approbata ad cognitionem dicti
Rectoris ducant ante absentiam sustinendam
idoneum loco sui

f. 12 vers. L 23

Regimen et administratio universitatis pertinet ad Rectorem

Item Quod predicti bedelli ad mandatum doctorum
et magistrorum et illorum qui curam et omne
regimine sive administratione universitatis
habent vel Rectoris seu locumtenentis Laxatorum
procuratorum et Sindici veniunt et in negotiis
ipsius universitatis exequentur prout ipsi
ordinandum ~~duxerint~~ cum taxat parabunt fideliter et
intendent

Item Si copia alterius bedellorum in promptu
haberi non potest in hiis que absentem bedellum
tangunt vel ad septimanam suam alter bedellus
cum per aliquem studentem requisitus fuerit
omni submota exceptione continuo exequatur

Item ubi alter bedellorum nimis sufficienter officium suum exercere duxerit et alter bedellus hoc senserit eius defectum suppleat et eius suportet aut si dolose et malitiose se habuerit rectori statim denuntiandum curet et si sciens non denuntiasse constituit eadem pena ut agens puniatur

Item ordinatum extitit quod bedelli in pronuntiando et publicando per scolas doctorem magistrum baccallarium seu scolarem aliquem legere seu incipere volentem nullam discrepantiam faciens sed publicabunt eos et pronuntiabunt omni note partialitatis submota

Item ordinatum extitit quod ubi dictos bedellos seu ipsorum quemlibet in predictis

et singulis que in statutis et forma
vocationis seu institutionis ipsorum continentur
et aliis que suo incumbunt officio remissos
negligentes rebelles constitit pro qualibet
negligentia rebellione et contumacia quacumque
ex se turon. Rectori Universitatis nomine
recipienti solvere tenentur Et si talles
rebellionis et contumacias ~~tum~~ eum vel eos
frequentare constiterit in temporali officii
exercitii suspentione interim emolumento
ipsius officii carente seu carentibus seu
perpetua officii expulsione iuxta commissi
qualitatem cum Rectori et Universitati que
ipsos vocabit aut maiori parti eiusdem constiterit
ab officio deponatur / Archa Magna Universitatis
tribus firmetur clavibus quarum unam
tenet Rector et aliam magistri in theologia
fratrum predicatorum vel lector non existente
magistro quam clavem idem magister vel lector

fol. 13. L. 2j

Bedellus ob culpam potest deponi ab officio suo per Rectorem et Universitatem /

Archa, Universitatis

nomine Universitatis Et precario ab eodem Custodiam
Et conservet Et si alterutrum Ipsorum Abesse contingerit
Uni de depositariis Eiusdem ordinis custodiendam
committat Tertiam vero clavem teneat Unus de
procuratoribus Alterius Annis Secundum
Diversitatem facultatum In eadem vero Archa
privilegia Libri statutorum Et rationum Et alia
Instrumenta ad Ipsam Universitatem pertinentia
~~ad Ipsam~~ / ~~Sigillorum~~ Sigyllum Universitatis bona Cathena
Affreum sive Incathenatum Et communis pecunia
Et alia communia Ipsius Universitatis prout
Rectoris Universitati videbitur de Illis aliis
Communibus Reponantur Cum Autem per
Universitatem Sigillo ~~Illius~~ Ipsius sigillandum
ordinetur Aliquid tunc In presentia Rectoris
Et Aliorum qui tenent claves predicta
Archae Et Sindici Sigilletur Sigillum
Autem In dicta Archa Affreum de Cetero
pro quacumque causa nullatenus extrahatur

Privilegia autem in eadem archa reposita
de cetero extra domum predicatorum
nullatenus extrahantur nisi casus contingat
quod oporteat ipsa originalia exhiberi in
iudicio et tunc teneatur rector si sit
presens unacum procuratoribus et scindico
et illos quos associandos duxerit evocandos
illa privilegia presentare et in conventu
antequam ad actus extraneos divertatur
ad locum debitum revertantur ibique per
ipsum rectorem procuratorem et scindicum dicta
privilegia in dicta archa loco solito reponantur
illo autem casu necessitatis cessante si
emergant alii casus quod universitas vel
quis alius ad quam poterit pertinere inspectione
et exhibitione dictorum privilegiorum indigeat
presentibus dictis rectore procuratore clavium
custodibus et scindico exhibeantur ibidem et
ostendantur secundum quod casus et conditio

exhibitionis requiret et illico antequam dicti rector procurator et scindicus ad extraneos actus divertant in dicta archa loco solito reponantur

Item omnia privilegia et statuta in quodam libro transcribantur quem rector penes se custodiet diligenter

Item ordinatim extitit quod omnes et quilibet de cetero licentiandi in theologia solvant universitati xl ß turon

Licentiandi in theol.

Item in legibus decretis et in medicina xxx^ta ß turon. Item in logicis et gramaticis xx solidos ß.

Item quilibet denuntiatorum in artibus ii ß turon

Item quilibet incipiens de novo librum aliquem in decretalibus v ß turon

Item quilibet incipiens instituta v ß ß.

Item Incipiens titulum in Jure Canonico vel Civili ij ß turon

Item Quilibet baccalarius et alio studio veniens ad studium tholosanum incipiens aliquem titulum in Jure Canonico vel Civili ij ß turon

Et si librum aliquem post modum vel volumen aliquis incipere voluerit vs turonen

Si autem doctor fuerit et ibidem aliquam lecturam incipere voluerit extraordinariam decem solidos turon

Item si ipse doctor ad ordinariam lecturam admitatur C ß turon si admitatur sine solempni principio alia solvat sicut in studio licentiandi

Item Quilibet baccallarius in Medicina arte [illegible] turon

Item Quilibet incipiens unum librum alicuius
voluminis iure civilis in ß turonis universitatis
predicte et rector nomine eiusdem recipienti solvere
teneatur die suum principium seu licentiam precedente

Rector finito suo officio novo rectore creato
sub virtute prestiti iuramenti teneatur sue
rectorie fideliter redere rationem vz quod
dicat in presentia universitatis predicte quod et
quantum fuerit ab eo receptum nomine
universitatis tam in receptione penarum ab
illis qui statutorum et privilegiorum fuerint
transgressores tam a doctoribus baccallariis
scolaribus cum licentiati fuerint vel
librum aliquem seu titulum aliquem incipiens
vel quocumque alio modo contingat ipsum
aliquo nomine universitatis recipere vel
habere

n°. adversus statutorum transgressores. 5 + 55 in fine

Item computando si quid ~~expressum~~ expensum fuerit pro

negotio Comuni Universitatis reliqua et prestando
et alia que ad reditionem rationum requiruntur
fideliter ad implendo taliter quod fideliter
redita ratione recitetur in omni quantum
remanebit Universitati in archa Communi et de
hoc etiam in libro Universitatis ~~inveniet~~ qui ad
hoc principaliter deputatus fiat ~~a resta~~ ac resta et de
reditione rationum rectoris vel quantum rector de
Communi Universitatis inveniet

Item quantum tempore sue rectorie invenit et
recepit

Item quantum expendit et ultimo fiat resta
de summa remanente seu residuo in omni iste
autem liber remaneat semper in archa communi sigillatus
sigillo Universitatis rectoris et procuratorum nec
exinde extrahatur nisi die qua rector
debebit redere rationem predicta autem per
manum scindici scribantur in dicto libro et
scripta in omnium cuntia recitentur

Item ibidem privilegia instrumenta que sub

Certo numero tempore Institutionis sue recipiet
restituat successori suo clavem Arche communis
sigillum rectoris librum privilegiorum et
statutorum

Item omnia alia que fuerint restituenda
Quod si omnia predicta tam vocationis rectoris
taxatorum procuratorum 1° in si in una et adeinque
congregatione adimpleri potuerint in sequenti
congregatione que fiet incontinenti die alia
que supererunt modis omnibus impleantur

1° Et scindi et redditio rationum predictarum

Item ordinatum fuit et statutum quod
nullus doctor magister vel baccallarius
aliqua hospicia pro scolaribus futuris
vel venturis ad studium a quibus ad hoc
mandatum non habuerit specialle retineat
per se vel per alium Quod si contrarium fecerit
huius statuti se noverit transgressorem

Et nichilominus domos illas dimittat nec
speret in illo anno aliquam habitantibus
dictas domos habere scolarem seu etiam auditorem
Imo ipso facto per retentionem tallium
hospiciorum a doctoribus vel magistris vel
aliis ipsis ratum habentibus scolares inibi
habitantes reputentur rogati quantum ad hoc
ut illius doctoris vel magistri pro illo
anno auditorio sint privati

Item ordinatum extitit statutum quod
nullus doctor scolarem sue facultatis audeat
visitare nisi fuerit in infirmitate detentus
vel etiam immutare a festo natiuitatis virginis
gloriose usque ad natiuitatem domini si quis
vero contrarium fecerit rectori nostre universitatis
recipienti solvere teneatur nisi quod in fraudem
hoc non fecerit velit se purgare coram rectore
bona fide

purgare se coram rectore

Item quod Bedelli et Banquerij Iurabunt
quod nullum hospitum recipiens nomine alicuius
doctoris vel cuiuslibet alterius vel Claues
nisi ad hoc mandatum habeant specialiter ab
illis qui ad studium sunt venturi et quod contra
presens statutum nullum dolum vel fraude
committens pena eis nichilominus imminente
quod si huiusmodi statuti reperientur
transgressores per unum annum integrum
pro una vice quod si bis reperiantur
transgressores in perpetuum ab officiis 10
expellantur

sine spe recuperandi dicta officia

Item statutum extitit quod si aliquis doctor
baccallarius vel scolaris aliquam lecturam
voluerit incipere in quacumque facultate
veniens de alio studio ad studium thlaunum
antequam lecturam incipiat teneatur
in manu rectoris iuratum prestare secundum quod
alij iurare tenentur

fol 15 L. 28

Lectores volentes iurare in manu rectoris.

f. 11 vers. 42

Item statutum est quod quilibet doctor
et magister baccalarius suus vel ad ipsum
de novo venientes et scolares incipientes
titullum librum vel quemcumque aliam lecturam
teneantur antequam ad illos actus
lecture admittat nomina eorum rectori
insinuet pro iuramentis adinvandis prestandis
et pecunia quam debent eidem rectori
nomine universitatis solvere prestanda

Statutum est ut de cetero a festo
beati luce inantea nullus doctor iuris
canonici vel cuiuslibet post pulsationem campane
que pulsabitur in domo predicatorum hora tertia
pro exitu ultra ~~legem~~ legere audeat sed finita
campana statim deffendat et exeat legendi
officio modis omnibus quiescente sub pena v
solidi turonis totiens comitenda quotiens
isti statuto fuerit obviatum

Item est quod nullus baccallarius postquam
pulsatum sit extraordinarium pro doctoribus post
pulsationem campane in scolis remanere audeat
sed statim exeat nec scolares possunt venire ad
extraordinarium tempestive sub pena usque turonensi
infra octo dies a tempore quo contrarium fecerit
computandos prestanda et commutanda totiens
quotiens fuerit contrarientum

Statutum est quod doctores utriusque
iuris in principio studii repetendo hunc ordinem
observabunt quod iuniores in lectura ordinaria
primo incipiens repetere et per ordinem alii
post ipsum accendendo ita quod antiquior
illius ordinis ultimam repetitionem habebit
et sic vice repetita idem ordo per totum
annum observatur

Item si aliquis doctorum decretorum suum
ordinem omiserit non repetat illa vice donec

Iterato reuenerit ordo suus Veruntamen permittitur
ut unus doctor ex causa possit cum alio permutare

Item nullus doctor concurrat eadem die cum
alio eiusdem facultatis in repetendo sub pena
unius marchi argenti committenda totiens quotiens
presens statutum in aliquo infringetur quam
marcham argenti solum infra viii dies rectori
recipienti nomine universitatis a tempore
violationis huius statuti computandos

Item statutum est quod a festo beati Luce post
repetitiones que fiunt per doctores successive
seruato ordine prioritatis inter eos usque
ad natalem domini fiant qualibet septimana
due repetitiones et non plures sed duas in iure
ciuili et duas in iure canonico nisi aliquis
extraneus extra estudium de licentia rectoris
repeterent cuius repetitioni interesse doctores
utriusque iuris faciant duas partes ita quod una

pars per ordinem disputet absque ad natale
Alia vero pars post natalle infra Carnisprivium
hoc tamen super omnia teneatur et sub pena
duarum marcharum argenti rectoris nomine et forma
quibus supra solvendam. In disputando cum
alio concurrat imo illa qui primo die
preoccupaverit per dationem sue questionis
bedellis aliis preponatur

Item disputationem et aliam sequentem
disputationem duorum dierum ad minus intervalla
servetur nisi festa impedimentum prestarent
ne predicta intervalla servari valleren.

Item statutum est quod nullus doctor
utriusque iuris remittat collectam nisi
propter paupertatem remittatur scolari de
qua doctori vel magistro constet fide per
scolarem prestita in secreto

Item Statutum est quod quilibet scolaris
Juris Canonici et Civilis soluat pro sallario
suo doctori vsi turonis et ii duos solidos
pro scolis

Item Statutum est quod Collecta non fiat nisi
ter in anno ne lectiones impediantur Itaque in
ultima collecta libri retineantur precise nisi ~~deum~~ deum
solutione predictorum salarij magistri et scolarum
Et non excusatione paupertatis premittitur
subsecuta et si aliquis nouus scolaris superueniat
Infra festum pasche bancarius doctoris sibi
Curialiter denuntiet in secreto quod doctori mitat
collectam

Item Statutum est quod nullus doctor infra octauas
omnium sanctorum faciat Collectam infra illud tempus
liberum sit scolaribus scolas cuiuslibet doctoris
Intrare quando voluerit et exire et alterius
scolas intrare Itaque extunc doctorem eligat
quem sibi crediderit meliorem Postquam autem

per doctorem scolaris collocatus fuerit non liceat
sibi suum doctorem dimittere nisi collecta integra
persoluta. Item in magistris quantum ad receptionem
scolaris ultimo collocati

fol. 16 vers. l. 22 Item et statutum est quod nullus doctor
extraneus qui in tholosano studio doctoratus
non fuerit ad repetitionem vel disputationem
admittantur
vel ad actum legendi dimittatur nisi primitus
a rectore petita licentia et obtenta illud

Nullus potest legere nisi petita licentia a Rectore

f. 17 l. j. Item in baccallariis extraneis statuentes
quam eisdem si voluerit valleat denegare

Item statutum est quod nullus baccalarius
de cetero legem vel decretalem legat vel
repetat vel capitulum § vel versiculum
cum oppositis et quesitis cum illud debeat
spaliter doctoribus reservari

f. 17 l. 7 Statutum est ut in proponendis negotiis

Universitatis Dni ordo servetur ut si aliqui
pro universitate coram prelato regi vel principe
comite vel barone vel officialibus domini
nri regijs que ad piam causam vel ipsius
studij recommandationem vel simplicem supplicationem
non continentem hic si aliquam querimoniam et
aliquo vel petitionem iustitie complementi
per magrum si fuerit vel doctorem in
decretum magri vel lectoris in theologia
proponatur ordine prioritatis et posterioritatis
rectoris arbitrio relinquendo / si autem aliquam
querimoniam continenat proponendum fuerit
si coram personam ecclesiastica per doctorem decretorum
si coram personis seculari vel collegio per doctorem
legum ordine qui sequitur proponatur s. quod
inter canonistas doctor qui ordinarie legit
decretum alijs proponatur et si duo vel
plures sint ab antiquiori in lectura incipiatur
post ipsos autem doctores legentes decretalles
secundum quod sunt antiquiores vel iuniores

Nota de harengis faciendis

Rector eligit eum qui debet facere harengum f. 67 L6.

In lectura in proponendis preponantur vel etiam postponatur eodem ordine secundum antiquitatem lecture inter legistas per omnia observando

Item ordinatum fuit quod de incepta post festum omnium sanctorum satim cum videbitur rectori privilegia studio tholosano concessa publicentur

Et status ierwins avoir estre mis les premiers puis qu'ils sont plus aussi ans d'un an que les ~~[illegible]~~ premiers en ordre

f. 17 vers. 13 et seqq.

Conveniunt universi quod cum dissentio verteretur inter magistros baccalarios et scolares artium in studio thlano super disputationibus determinationibus ~~ut~~ etiam super lectura librorum infratorum de modo et hora legendi et lectionis magistrorum repetendi religiosus vir et discretus ~~vir~~ dominus prior de buzeto doctor decretorum rector dicti studii de assensu et voluntate totius universitatis concisit diffiniendam et determinandam dictam dissentionem religiosis ac discretis

Recteurs donna des arbitres pour faire des reglemens, ou est icy le chancelier

viris lectoribus fratrum predicatorum fratrum
minorum et fratrum beate marie de Carmello qui
habito tractatu diligenti communi utilitate
inspecta ad diffiniendum ordinandum et statuendum
inviolabiliter sub pena usque tol. universitati
predicte applicanda pro qualibet contradictione seu
deffectu in aliquo infrascriptorum sindico
universitatis nomine ipsius stipullanti in
modum qui prosequitur pertinent ad
promotionem et commodum dicti studii thlam
diffinimus et etiam statuimus quod in uno
anno a festo beati luce evangeliste usque
ad festum beati Joannis baptiste legantur
in manu liber priorum et posteriorum aristotelis
alio vero anno liber topicorum aristotelis
et liber elencorum et sic continue procedatur
singulis annis libros tamen qui eodem anno
debent legi diversis annis alternatim
incipiendo a festo vero beati Joannis usque
ad festum beati luce legantur uno anno

Etticorum et aliquinque libri 10 per ordinem et tertio anno liber de anno alij quinque libri 10

Anima demum sicut prius circulando procedatur predictos libros legendos complete

Item statuimus quod post lectionem matutinam a festo beati Luce usque ad festum beati Johannis legantur singulis annis complete primo tres primi libri veterie logice demum prisciani minor a festo beati Johannis usque ad festum beati Luce legantur dicta hora

ceo statut est ofterant 1214 libri de principiorum cum libro divisionum boetij vel cum tribus primis libris topicorum boetij per ordinem cum hoc tamen complendo siquid de prisciano minori incompletum remanserit in ordinario precedenti. Item immediate post lectiones magistrorum legantur tractatus de mane per baccalarios a magistris deputatos bis solum in anno s. bernel a festo beati Luce usque ad festum pasche

Et semel ab octavis pasche usque ad festum
beati Luce si tamen in festo pasche fuerint
completi Ita quod postquam tractatus in principio
hyemis incepti fuerint de cetero non incipiantur
Iterum in pascalli tempore donec completi
fuerint pro hyeme terminati Item de
philosophia reali legantur extraordinarie
complete libri qui sequuntur per magistros regentes
in dicto studio seu per alios sufficientes magistros
seu baccallarios a magistris regentibus ad
hoc deputatos Primo anno liber de
generatione et corruptione legatur liber
phisicorum Secundo anno et parvi naturales
libri qui sequuntur s. liber de sensu et
sensato liber de memoria et reminiscentia
liber de somno et vigilia liber de causis
longitudinis et brevitatis vite liber de
morte et vita reparatione et expiratione
in iuventute et senectute liber de causis
motus alium librum de progressu animalium

et stigiu spectant ad secundum Annum sunt de
forma positi loco quorundam aliorum qui modicum
utilitatis videbantur habere Tertio Anno
legantur libri de ~~Cetero~~ Cœlo et mundo
metaurorum Quarto Anno Methafisica
Aristotelis deinde sicut prius ipsi quolibet
quadrimo circulando procedatur et ad tardius
Magri teneantur incipere dictos libros
singulis Annis prima die legibili post
festum omnium sanctorum Item baccalarii qui
per magros singulis Annis ad hoc deputentur
teneantur quolibet Anno complete legere
illos libros de nova Logica qui pro Anno
non spectant ad ordinarium Magrorum s. uno
Anno librum topicorum Aristotelis et librum
Elenorum alio vero Anno librum priorum
et posteriorum ut proficere ac studere cogantur
et ad tardius teneantur dictos libros incipere
secunda die legibili post festum omnium

sanctorum quilibet Autem audientium dictos Libros
nono Logice Baccallarijs Antedictis teneantur
eisdem pro Salario solvere pro Libro topicorum Vnum ch-
turonis Pro Libro elencorum iiij ch turonis Pro
Libro priorum vj ch turonis Pro libro posteriorum
vj ch turonis Ita tamen quod quamvis dicti scolares
predictos denarios non solverent Nichilominus
dicti baccalarij ad predictos legendos et complendos
modo premisso sub pena prius posita teneantur
Item dicti baccallarij teneantur ~~legerit~~ legere Logicam
Veterem quolibet Anno quando priscianum
minorem In suo extraordinario finiuerint In hora
eadem In qua dictum priscianum legebant
Item totam tempus quod est post comestionem
usque ad primam pulsationem nono tempore
non quadragesimali sit baccallariorum conferendum
vel alia faciendum que sibi Magistris utilia
videbuntur Totum vero tempus a prima
pulsatione None usque ad pulsationem extraordinarij
Doctorum Legum Assignetur baccallarijs ad

Legendum de nova Logica totum vero sequens
tempus cedat Lecture extraordinarie Magistrorum
In quadragesima tamen totum tempus quod est
post repetitionem Lectionum usque ad comestionem
sit baccallariorum ad conferendum et alia
faciendum que sibi et magistris utilia videbuntur
Lectura vero baccallariorum de nova Logica
habeat tempus immediate post comestionem
usque ad pulsationem extraordinarij doctorum
totum vero sequens tempus cedat Lecture
Magistrorum ut magistri horam baccalariorum
seu scolares horam magistrorum impedire
presumant ut alios actus a predictis sub
pena predicta prefactis horis exercere.
Item cum legetur Lectio de philosophia
Libri consilliarijs deputata Magistri ut
~~ita~~ eius affectuosius ac diligentius intendatur
Cum etiam legetur Lectio de Logica nova
per aliquem baccalariorum in hora prima

baccalarijs assignata nullus alius actus
in eisdem scolis nec alijs eiusdem facultatis
exerceatur nec lectio de Consili libro. Item pro
Lectura Reali philosophia tribuatur quolibet
Anno certa summa recompensanda Magistro Legenti
si solum unum legerit seu magistris si plures
Realem philosophiam legerint que summa
ab omnibus baccallarijs et Repetitoribus
Ac non etiam a scolaribus pro Reali
philosophia audienda sufficienter colligatur
quando Magistro Legenti placuerit per aliquos
ab eodem ad hoc deputatos qualibet hyeme
Cum magistro ~~Leorum~~ Librorum philosophie inceperit
Et dicta summa eidem magistro tribuatur scilicet a
quolibet predictorum audientium seu non audientium
audire tamen sufficienter in solis turonensibus a quos
solvendos omnes predicti per Rectorem si
opportuerit compellantur ut dicti Magistri facere
possint gratiam dictis baccallarijs Repetitoribus
vel scolaribus super duobus predictis solidis turonensibus

nisi in potentiam propter paupertatem
allegent quam teneantur asserere fide data
Item magistri in artibus teneantur disputare
ad minus semel in septimana incipiendo
disputationem ad tardius in prima pulsatione
nove si tempus quadragesimale non fuerit
in quadragesima vero statim post comestionem
et in tota illa die post ceptam
disputationem nullus alius actus in
eisdem scolis nec in aliis eiusdem facultatis
exerceatur quousque disputatio magistri
baccallarii et repetitores teneantur
interesse complete nisi causa rationabilis
eos excuset ut per hoc ipsi proficiant
et scolares exemplo eorum ad simile
inclinentur Item quilibet magistrorum
determinet questionem quam disputabit
antequam iterum disputet baccalarii vero
et repetitores teneantur interesse determinationi

1o completa fuerit vel disputatio 1o 1o

completi nisi excusationem legitimam habeant
Aut determinationes propter defectum audientium
obmittantur Item quia remittendo ~~scolarium~~ salarium
scolaribus petentibus solvere aliqui magistri
possent sibi scolares illicite attrahere aliis
substrahendo /

Statuimus quod magistri in artibus usi
turonis exhigant in prima collecta s. hyemali
a quolibet auditore infra vero s. paschali
in denariis turonis sunt gratiam dicti magistri facere
possint super dicto salario nisi propter
paupertatem impotentiam scolares alleg[illegible]
quam teneantur asserere fide data si tamen
post carnisprivium scolares aliquis venerit
cum magistro possit convenire amicabiliter
de sallario prime collecte sed si ante
carnisprivium venerit ad solvendum salarium
complete teneantur

in tertia scz. est
est in alis duodecim
dena. tf.

Item statuimus sub pena lx ß turonensi
dicte Universitati modo quo supra aplicanda
quod nullus Magister per se nec per alium promittat
seu det aliquid alicui baccalario seu scolari
vel repetitori per quod possit ipsos sibi
atrahere vel aliis auferre magistris
preterquam baccallario principali nec hospicium
aliquod seu partes hospicii pro baccallario vel
repetitore seu scolari quodcumque ad sui
periculum teneat preter illud sollum in
quo ipse idem fuerit principalliter
moraturus nec per hoc habeatur occasio
atrahendi baccalarios vel scolares

Item statuimus sub pena proeimo posita
quod si aliquem ~~in tertia scilicet estimali~~
~~en de turons~~ Magistrorum in artibus
contigerit de novo habere pro baccalario

principalli aliquem de scolis alterius
Magri eiusdem facultatis socios vel
baccalarij nullo modo in scolis suis retineat
vel recipiat ut fraudetur attrahendi scolares
propter promissiones que fiunt baccalarijs
principallibus emittentur et si nullatenus
posset vitare quando eosdem reciperet
statuimus quod salarium eorum priori magro
in cuius scolis se transtulerint redere
teneantur

Item quia Magri quando collectas faciunt
aliquos pignorando multorum incurrunt odium
ideo statuimus ut quilibet Magri collectas
faciendo bis in ordinario hyemali scilicet ante
natale et semel post et semel in ordinario
paschali et semel in estivali ab omnibus
suis scolaribus sive solverint sive non pignora
recipiat et plus unum quam alium non offendat

Collectas faciunt Magistri seu parlar de superiori fol. 20 x 50 l. 10

Signis autem magr baccalarius repetitor autem ~~magr baccalarius vel solarius~~ in artibus in dictam penam incideret et requisitus per rectorem solvere solverit tanquam rebellis vitetur donec predictam solverit penam et de inobedientia dicte universitati arbitrio rectoris et procuratorum satisfactionem fecerit competentem et ad majorem omnium premissorum firmitatem nos rector predictus de consensu dicte universitatis predicta omnia et singula confirmantes sigillum universitatis predicte unacum sigillo nro rectoris et cum sigillis predictis lectorum presenti ordinatione et statuto duximus apponendum

Datum thesi die Jovis post octavas pasche anno dni millesimo tricentesimo nono regnante philipo rege francorum et petro de capella episcopo existente tholosano

Rebelles vitari debent ergo ille sunt censeri excommunicati ipso facto

Rector confirmat ordinationes factas per suos commissarios fol. 20 vers. l. 22

1309

Petrus de Capella episcopus Tholosanus

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis suis universis magistris et

scolaribus tholosanis salutem et apostolicam benedictionem
In Civitate tholasana domini d. d. factus est
fons patens et vena vite scientia salutaris
deo dicimus aquas sitientes confugium
haurientes in gaudio de fontibus salvatoris et cum
Rachelae camelus gibbos quoque vz peccatores gibbo
peccaminum oneratos potu refficiant ac reveleant
post labores ne in via defficiant qui
propter ignorantie sue latebras laborantes
continue tota nocte vel ubi quod vanum est
et transitorum acceperunt sed nunc conversi
ad fluenta theologiae disciplinae in ipsius
lumine videret lumen agno tanquam a patre
luminum omne datum optimum et omnis donum
perfectum emanat verius et descendit ibi
lactentes ad ubera pendant ibi nostris parvulis
panis frangitur scripturarum ibi exercitatos
habentibus in altum retia ducere petrus
ita ut nullus expers numerum inveniatur
ipsius qui ad eandem scientiam accesserit puro

corde noceat hoc siquidem Ancillas Artes
Liberales ad sui obsequium ad superne merita
Cantatis et Idcirco Ibidem floret studium
In eisdem ut per ancillas hostiarias ad veram
sapientiam hostium pateat et tanquam per
viam compendii aducant ad Ipsam velotius
studiosis volentes Igitur quod tam fidelis
plantatio Applicet sedis privilegiis Confortata
numeribus exculta studiis deffensata digni
favoris Auxilii robur Accipiat et
perfectum Circa statuum scolarium Cantatis
eiusdem Iuxta felicis recordationis Gregorij
pape P.N. ab Ipso Magistris et scolaribus
parisiensis Statuta Concessa hec statuimus
observanda Vz quod quilibet Cancellarius
Creatio Cancellarij
Tholose Iuxta Creandus Coram Epo vel
Eius mandato In Caplo Tholosano
vocatis ad hoc et presentibus per Universitatem
scolarium duobus Magistris In sua Institutione

Jurabit quod ad Regimen Theologiae ac Decretorum
bona fide secundum conscientiam suam loco et tempore
secundum statum Civitatis et honorem ac
honestatem facultatum ipsarum non nisi dignis
Licentiam largietur non admittet indignos
patriarum et nationum acceptatione submota
Ante vero quam quemquam Licentiet infra tres
menses a tempore Licentie tam ab omnibus
Magistris theologiae in Civitate presentibus quam
aliis viris honestis et literatis per quos
veritas sciri possit de vita scientia et facundia
necnon et proposito et spe faciendi ac aliis
que sint in talibus requirenda diligenter
Inquirat Et inquisitione sic facta quid deceat
et expediat bona fide det vel neget
secundum conscientiam suam petenti Licentiam
postullatam Magistri vero Theologiae ac
Decretorum quando incipient legere prestabunt
publice Juramentum quod super premissis fidelis
testimonium perhibebunt Cancellarius quoque

Juravit

quod Concilia magistrorum in malum eorum
nullatenus revelabit tholosanis Canonicis
libertate ac Jure incipiens habitis in sua
manentibus firmitate de Phisicis autem
et artistis et aliis cancellarius bona
fide permitet examinare magistros et non
nisi dignos admittens repellet indignos
f. 22 l. 8 Ceterum quia ubi non est ordo facille
reperitur horor constitutiones seu ordinationes
faciendi de modo et hora legendi et
disputandi de habitu ordinato de mortuorum
exequiis et non de baccallariis qui et qua
hora ubi et quid legere debent ac
hospitiorum taxatione seu etiam interdicto
et rebelles ipsius constitutionibus vel
ordinationibus propter substractionem societatis
congrue castigandi vobis concedimus
facultatem et si forte vobis substrahatur
taxatio hospitiorum aut quod absit vobis
vel alicui vestrum injuria vel excessus

Inferatur enormis ut pote mortis vel membri
mutillationis nisi congrua monitione premissa
infra quindecim dies fuerit satisfactum licet
vobis usque ad satisfactionem condignam
suspendere lectiones et si aliquem vestrum
indebite incarcerari contingerit fas sit
vobis nisi monitione prehabita cessat iniuria
statim a lectione cessare si tamen ex
videritis expedire / precipimus autem ut
tholosanus episcopus sic delinquentium castigetur
excessus quod scolarium servetur honestas
et maleficia non remaneant impunita
occasione delinquentium non capiantur
nullatenus innocentes imo si contra
quemquam suspitio fuerit orta probabilis
honeste detentus idonea cautione
prestita cessantibus carcerariorum exactionibus
dimittatur quod si forte talle crimen commiserit
et incarceratione sit opus episcopus in carcerem
culpabilem detinebit cancellario habere proprium

Il faudra expliquer cette clause ne videtur contraria superiori

Cancellarius non potest habere proprium carcerem

carcerem penitus Interdicto perhibemus Insuper
ne scolarijs pro contracto debito de Cetero capiatur
Cum hoc sit Canonicis et Legitimis sanctionibus
Interdictum sed nec Episcopus vel eius officialis seu
Cancellarius penam pecuniariam pro excommunicationis
emenda vel alia qualibet censura requirat
Nec cancellarius a Licentiandis Magistris
Juramentum vel obedientiam seu aliam exhigat
Cautionem nec aliquod emolumentum seu permissionem
Recipiat pro Licentia Concedenda Jurato
superius nominato Contentus Pozzo
Vaccationes Estive non excedantur de Cetero
Ultra Mensem sed Vaccationum tempore
baccalarij si voluerit suas continent Lectiones
Inhibemus autem expressius ut scolares
per Civitatem Armati non vadant et
turbatores pacis et studij Universitas
non deffendat et Illi qui simulant se
scolares nec tamen scolas frequentant nec
Magistrum aliquem profitentur nequaquam

aujourd'huy neanmoins il faict le contraire

f. 22 vers. Liz

scolarum gaudeant libertate adhuc inhibemus
quod Magri Artium unam lectionem de Prisciano
et unum pro alio ordinarie semper legant
et libris illis naturalibus qui in consilio
provinciali ex certa causa prohibiti fuere non
utantur theologi quousque examinati fuerint et
ab omni errore suspitione purgati Magri vero
et scolares theologiae in facultate quam
profitentur se estudeant laudabiliter exercere
nec philosophos se ostendent sed satagant fieri
Theodoci nec loquantur in lingua populi lingam
hebream cum azotica confundentes et illis
tamen in scolis questionibus disputent quae
per illos theologicos et sanctorum patrum
tractatus valleant terminari pretea de
bonis scolarum qui intestati decedunt vel
rerum suarum ordinationem aliis non committant
sic duximus providendum vz ut episcopus et
unus de Magris quem ad hoc universitas
ordinaverit recipiant omnia defuncti bona

Et in loco tuto et idoneo deponentes statuere
certum diem quo illius obitus in sua patria
valeat nunciari et illi ad quos bonorum eius
est successio devoluta possint tholosam accedere
vel idoneum nuntium destinare et si venerint
vel miserint restituentur eis bona cum
cautela que fuerit adhibenda si vero
non comparuerit aliquis ex tunc episcopus et
magister bona ipsa pro anima defuncti prout
expedire viderint erogabunt nisi forsan
ex aliqua iuxta causa venire nequiverint
successores et tunc erogatio in tempus
congruum differatur Nulli ergo omino
hominum liceat hanc paginam nostre
institutionis infringere vel ei causa
prohibitionis et inhibitionis infringere
vel ~~et~~ ei ausu temerario contrahere si quis
autem hoc attemptare presumpserit
indignationem omnipotentis dei et beatorum

petri et pauli Apostolorum ~~eiusse~~ eius se nomine nouerit
Incursurum Datum Lugduni xvi Kal octobris
pontificatus nostri Anno tertio

~~Notet nomen numerus pas~~
~~Coste [illegible]~~

Urbanus episcopus seruus seruorum dei
dilectis filijs Universitati Magistrorum et
Scolarium thlanorum salutem et apostolicam benedictionem
Olim operante illo qui vult omnes saluos fieri
et neminem vult perire per ministerium bone
memorie Rx tunc portiensis electi in illis partibus
apostolice sedis legati inter ecclesiam et nobilem
virum Comitem tholose pace perenne dum ma-
gistra reformata idem legatus tam prouide
quam prudenter attendens quod fides catholica
que pene penitus videbatur de illis partibus
profugata imbi refflorere valereret si illic
literarum studium causaretur dixit proinde
statuendum vt in thla Ciuitate cuiuslibet
licite facultatis studia plantarentur quorum
Magistris vt liberius possent vacare studijs

Et doctrinae a Jandicto comite fuit promissum
Certum Sallarium Et solutum Nos Igitur
ad Instar ~~ad Instar~~ felicis recordationis
Gregorij Et Innocentij predecessorum nostrorum
Romanorum pontificum quod super premissis
factum est ratum habentes 1o qua gaudent
parisienses scolares vos et omnes qui vobis
successerint In hac parte perpetuo gaudeatis
devotioni vestre duximus concedendum
Nichilominus ut cuius tholosani domos
vacantes ad inhabitans scolaribus sub
competenti pretio taxando a duobus clericis
Et totidem laicis viris discretis catholicis
Et Juratis communiter 1o Et ut scolares
theologiae studijs Insistens ac universi
magistri In Civitate Commorantes prefata
beneficiorum Et prebendarum suarum proventus
Ac si In ecclesijs In quibus eadem obtinent
residerent Quotidianis distributionibus
quae Illis qui divinis Intersint officijs

1o ut eadem libertate

1o electis a vobis locare ~~tenu~~ cogantur

Assignantur dumtaxat exceptis percipiant

Interpretantes statuentes sancimus preterea quod ut

fol. 24 verso

nulli magistri scolares vel clerici ac sermentes coram eorum

ut si quod abit contingerit eos in quocumque

Maleficio deprehendi ab aliquo laico iudicentur

vel etiam puniantur nisi forsitan iudicio

ecclesie contempnati secullari curie relinquantur

Et ut layci teneantur studentibus in causa

qualibet coram ecclesiastico iudice respondere

Actuon et ut omnes iamdictus cives thlam

~~bajuli~~ baillivi eiusdem comitis et barones terre

personis et rebus scolaribus ac etiam

eorumdem nunthiis securitatem et immunitatem

sub iure iuramento promittere compelantur et

a suis subditis fieri faciant illud idem

Et si quis eos vel eorum nuncios in

terris ipsorum pecunia vel rebus aliis

spoliaverint ipsi vel emendari faciant vel

emendent et ut quicumque magister ibi examinatus

et approbatus fuerit in qualibet facultate

Notez comme les Rappes voulaient que les suppos de l'université plaidoyent devant le juge d'Eglise, ce que toutesfois n'a jamais esté observé

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

ubique absque examinatione regendi licentiam habeat
potestatem ad hoc cum sepe prefatus Comes
in reformatione pacis se obligaverit prestito
iuramento ut certum salarium usque ad certum
tempus certo numero magistrorum ei solvat
statuimus ut illud sine diminutione qualibet
persolvat usque ad constitutum tempus et
plenarie satisfaciat et substractis nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostre concessionis et constitutionis infringere
vel ei ausu temerario contra ire si quis autem
hoc attemptare presumpserit indignationem
omnipotentis dei et beatorum petri et pauli
apostolorum eius se noverit incursurum
Datum Lugduni xii^mo kl. octobris
pontificatus nostri anno tertio

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis
filiis nobili viro comiti consullibus et
populo thlanensi salutem et apostolicam benedictionem

vestris Athlanensis Civitatis utillitatibus providere
ac indempnitatibus precavere quantum cum
deo et honestate possumus cupientes quod
victualia tempore Caristie ab Civitate
per fluum non extrahantur prefata ne pro
ipsorum deffectu quod absit studium quod ad
honorem et utillitatem eiusdem Civitatis
ibidem plantatum dinoscitur dissolvi contingat
ad instar felicis recordationis Gregorii pape
predecessorii nostri authoritate presentium districtius
inhibemus nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel
ei ausu temerario contraire si autem hoc
attemptare presumpserit indignationem
omnipotentis dei et beatorum petri et pauli
apostolorum eius se noverit incursurum Datum
Lugduni nono idus septembris pontificatus nostri
Anno tertio

Insequentur statuta que incipiunt ad
honorem dei agitur ab hiis que statum inferius
sequuntur et per ordinem subscribuntur

Primo de veniendo ad missam et de penis pecuniarijs non venientium in termino assignato

Secundo de compulsione penarum pecuniarum

Tertio de diacono et subdiacono dicte misse

Quarto de quatuor cantoribus dicte misse

Quinto de cappis et superpellicijs misse

Sexto de sedendo in sedibus primis et secundis in dicta missa

Septimo de honore funeribus impendendo

Octavo de missa pro deffunctis universitatis a die sancti Hilarij celebranda

Nono de non legendo in diebus festivis

Decimo de cappis defferendis a doctoribus magistris et baccallarijs

Undecimo de crastina concedenda vel non concedenda

Duodecimo de vaccationibus natal pasche et penthecostes

Tertiodecimo de principijs baccall et similibus et eorumdem

Quartodecimo et fine lecture ad doctoribus certis terminis impendendo

Quintodecimo quod nullus concurrat cum doctore in lectura

Sextodecimo de presentatione ad doctoratum in decretis faciendis

Decimoseptimo de suppe^ne super alijs lectatibus dno et po faciendis

Decimo octavo et non legendo post pulsationem campane vel post finem ipsius

Decimonono de pulsatione campane pro vesperas faciendis

Vicesimo de substitutionibus faciendis a doctoribus et magistris

Vicesimo primo de ordinatione librorum in
Jure Civili a baccalariis obseruando

Vicesimo secundo de numero librorum quos
debent legere baccallarij in Jure Civili

Vicesimo tertio de disputationibus doctorum
et Rebus baccallariorum

Vicesimo quarto de concurrendo in lectura
cum doctoribus in statu

Vicesimo quinto de premio magistrorum vel
lectorum in theologia vel legentium decretum

Vicesimo sexto de filiolis faciendis vel
non faciendis

Vicesimo septimo de petijs seu exemplaribus
corrigendis

Vicesimo octavo de vigiliis festorum
et de lectis in vesperis legendis

Vicesimo nono de ordine et reuerentia sedendi
in sedendis inter doctores et magistros

Tricesimo de Juramento a legem prestando ad eius interpretatione et declaratione et de statutis in loco patenti positis

Tricesimo primo de Juramento prestando a rectore illi qui rector fuerat ante eum

Tricesimo secundo de punctorum et assignantium electione

Tricesimo tertio de pena bedellorum si non sint ubi fuerit universitas congregata

Tricesimo quarto de pena bedellorum si aliquis rebellem vel injuriare volentem presumpserit judicare

Tricesimo quinto de Convivijs licentiandi baccallariorum

Tricesimo sexto de banquerijs quod scilicet quod debetur baccallarium judicare

Tricesimo septimo de banquario majori quod in principijs doctorum sicut unus de bedellis recipiat

Tricesimo octavo de forma Jurati scolarium
et etiam aliorum

Tricesimo nono de scribendis nominibus
Juratium et de pena rebellorum seu Juramento
prestare volentes

Quadragesimo et ultimo de vestibus
et panis studentes in studio thlanensi et de
pretio vestium predictorum

Ad honorem dei et promotionem
ac reformationem studii thlanensis noverint
universi quod anno ab Incarnatione domini millesimo
1314 tricentesimo decimo quarto nos Bernardus de
turre prior de Rabistagno decretorum doctor
ac rector studii thlanensis una cum aliis
dominis doctoribus magistris regentibus in studio
tholosano supradicto quorum nomina infra
continentur de consilliariorum consilio ac

assensu et de voluntate et assensu totius universitatis studij prelibati et auctoritate privilegiorum dicto studio concessorum statuimus et ordinamus statuta et ordinationes que infirmis subsecuntur salvo tamen iure domini episcopi Thlaui et domini Cancellarij et Ecclesie Thlaue et cuiuslibet alterius superioris

fol. 26 in fine

In omnibus et singulis infrascriptis statuta vero sunt in numero quadraginta quorum primum sequitur in hec verba

De veniendo ad missam et de penis pecuniarijs

In primis quia dignum et iustum extitit ut celi regina ac mundi domina in terris ab omnibus et spaliter ~~alterius~~ a clericiis honoretur et honor ipsius per incrementa temporum amplietur idcirco dignum dignoscitur adque iustum ut missaque per universitatem

dicti studij thlani celebratur in die dominica
solempniter ac festive ad laudem et honorem ipsius
matris et virginis gloriose decantetur
honorabilius ac festivus celebretur et
honor ac decus ipsius misse nomine et ad
dignis honoribus cumuletur ut et ipsa
universitas que ex ipsius missa celebratione se
confidit successive et continue ab die in
diem ipsius virginis precibus adjuvari
et in omnibus suis actibus prosperari
nunc et in posterum et ipsius honoris
ampliatione ab ipsa virgine protegatur
et per ipsam in suis actibus ac negotijs
dirigatur ipsiusque meritis ac precibus tam
in personis quam in scientijs ac moribus
augmentetur Idcirco primo et ante
omnia statuimus et etiam ordinamus
ut omnes cuiuscumque conditionis existant
qui cum vel de cetero ab studio et in
studio thlano in die dominico ad dictam —

missam conveniam ~~sunt~~ scient olim stetit ordinatum
Vere quod iustum est verum ac rationabile
ut illi qui honorem pre ceteris a deo et ab
ipsa universitate in studio recipere
dignoscuntur honorem deo et beate virgini in
dicta missa pre ceteris interesse dignoscuntur
Cum ipsi possint et debeant non in
merito pre aliis dictam missam per sui
presentiam honorare ea propter statutum
fuit ordinatum quod subsequentes personas
que honorabiliores et potentiores inter
alias reputantur dicte misse principaliter
teneantur interesse non solum in medio
sed etiam in principio et in fine vz
rector et omnes doctores et magri
consiliarii et baccallarii legentes ordinarie
vel extraordinarie omnesque nobiles et canonici
cathedralium ecclesiarum omnes etiam religiosi
habentes prioratus vel administrationes omnesque
habentes dignitatem vel personatum et rectores

Ecclesiarum parrochialium et omnes etiam tenentes
per se hospitium in studio supradicto et si
aliquis ab predictis defficiat quin sit in
dicta missa assumpta legitimo impedimento
pena pecuniaria ut sequitur puniatur
Itaque si rector non fuerit in principio
misse saltem antequam incipiatur
himnus angelicus s. Gloria in excelsis
n. s. turonis ipsi universitati solvere teneatur
si quis vero doctor iuris canonici vel
civilis regens in studio predicto sive
regens non venerit saltem ante finem
epistolae xviii s. turonis solvere teneatur
Magistri vero aliarum facultatum exceptis
medicis pro infirmitate alicuius impedimento
legitimo occupantis en s. turonis solvere
teneantur baccallarii tam in iure canonico
quam civili consiliarii et licentiati canonici
cathedralium ecclesiarum et religiosi habentes
prioratus vel administrationes et omnes

dignitates vel personatus ac rectores
ecclesiarum parrochialium et licentiatus in physica
artibus vel in gramatica omnesque
tenentes per se hospitium nisi dicto termino
advenerint et quando dicitur et plura vel
saltem antequam finiatur vi turonensis
solvere teneatur baccallarii vero in
artibus in turonensis solvant nisi ad dictam
missam venerint termino supradicto hoc autem
intelligitur nisi non superveniendo vel a
dicta missa recedendo legitimum venerit
impedimentum super quibus conscientiam sua
relinquatur vel nisi ex causa rationabili
seu probabili et verisimili licentiatus specialiter
et expresse non tamen generaliter obtinerent
a rectore super qua causa et licentiatus
concedenda vel neganda rectoris conscientiam
oneramus si autem aliquis predictorum
absque legitimo impedimento vel licentiatus
modo supradicto concessa dicta missa

dimiserit interesse soluta pena pecuniaria
supradicta et tunc nulla culpa nec aliqua
excommunicationis sententia ac de causa aliquatenus
astringatur sed sit ab omni culpa et
omni alia pena liber super hoc et
immunis

De compulsione penarum pecuniarium que debeant ab illis qui ad missam non veniunt hora debita vel statuta

Secundo fuit statutum et ordinatum
ad hoc ut melius teneantur istaque superius
sunt ordinata videlicet veniendo ad missam
et de solvendis penis pecuniariis superius
ordinatis et de cetero quolibet anno vel
quotiens cuique rector expediens videatur
litera excommunicationis ab officiali vel
dno episcopo thlano vel eius vicariis impetretur

fol 28 in principio
cui bono impetrabantur
hae litterae, cum
ipse rector per se et universitas possent excommunicare ex indulto apostolico?

contra non solvens contra illos videlicet qui
supradictam pecuniam non solverint infra
terminum in dicta litera per scolas fuerit
publicata vel ipsis non solverint de mandato
rectoris specialiter vel singulariter intimata
et predicta pecunia applicetur ad solvendum
illud quod est ordinatum seu statutum
pro quatuor cantoribus infrascriptis vel ad
faciendum alia necessaria vel utilia dicte
misse seu universitatis predicte si autem
vertatur pro tempore in dubium utrum aliquis
solverit pecuniam supradictam vel habuerit
legitimum impedimentum vel si ut premittitur
licens obtinuerit a rectore vel alicui forte
oponatur de sententia supradicta fuit statutum
et ordinatum quod super hoc staretur conscientie
cuiuslibet ita quod de predicta solutione seu
impedimento vel licentia seu sententia excommunicationis
posset si quilibet purgare si esset necesse et

fidem facere per proprium juramentum

De diacono et subdiacono dicte Misse

Tertio statuimus et ordinavimus quod predicta Missa Beate marie que dicitur per universitatem predictam in die dominica in ecclesia predictorum de Cetero dicatur cum diacono et subdiacono indutis tunicis vel dalmaticis ut honorificentius et decentius dicta missa Cellebretur ad honorem universitatis predicte et ad laudem ipsius Virginis gloriose

De quatuor ~~[illegible]~~ Cantoribus dicte misse

Quarto statuimus et ordinavimus quod habeantur de Cetero et eligantur quatuor Cantatores melliores qui potuerunt inveniri

et haberi in toto studio et ad ~~solempnem~~ solempnes audiendas dictam
missam quorum cuiuslibet dentur qualibet die
dominica qua celebrabitur dicta missa
per rectorem vel de mandato ipsius vi
turonensis et ipsorum unus sit precantor
et ordinator inter ipsos et ipse precantor
seu ordinator plusquam alii cantores habeat
alios sex denarios turonensis et ad monitionem
ipsius quilibet doctor magister vel baccallarius
vel quicumque alius accedat et accedere
teneatur ad cantandum kyrieleyson et ps
et alleluya prosam vel alia que in dicta
missa fuerint dicenda seu solempniter decantanda
et predicti quatuor quantatores eligantur
per rectorem de consilio consiliariorum ita quod
non sint perpetui sed annuales et teneantur
dicte misse interesse per proprium iuramentum
si comode possint vel sub pena admissionis
pecunie supradicte

De quatuor cappis et quatuor superpelicijs pro supradictis cantatoribus faciendis

Dumto statuimus et ordinamus quod emantur per Universitatem quatuor superpelitia et quatuor cappe processionales pro cantatoribus supradictis cum quibus superpellicijs sine cappis post quam facta fuerint sine facte dicti cantores inducti dictis superpellitijs ad quas cappis teneantur dicte misse interesse a principio usque ad finem ita quod anno proximo nunc instanti ille qui erit rector in principio studij faciat fieri quatuor superpellitijs supradicta antequam sua rectoria sit finita et ille qui erit rector post ipsum immediate ante finem rectoris sui faciat fieri duas capas et quatuor

supradicti et ille qui anno post ea immediate
subsequenti erit rector in principio studii faciet
fieri alias duas cappas processionales —
Antequam desinat esse rector interim autem
rectores qui pro tempore fuerint antequam
predicte cappe seu superpellicia sint facta
procurent cum predicatoribus vel cum aliis
quod cappe sine superpellicia habeantur in
missa pro cantoribus supradictis

De sedendo in sedibus primis ac secundis in missa universitatis

fol. 29 l. 13 et seqq. Prelati in missa sedent cum doctoribus

Sexto statuimus et ordinavimus quod
nullus in dicta missa sedeat in sedibus
doctorum nisi sit prelatus qui propter honorem
sue prelationis poterit et debebit cum
dictis magistris et doctoribus consedere ferrem in
sedibus inferioribus adque primis non sedeant
nisi baccallarii in iure canonico vel civili —

et nobiliores et potentiores et habentes
dignitates mundi et religiosi habentes
prioratus vel administrationes et licentiatus
in medicina vel in artibus vel gramatica
Ita quod prima istarum sedium in illa vz que
est immediate ante rectorem et doctores et
magistros sint et sedeant consiliarii supradicti
in secundis vero inferioribus sedibus sint
et sedeant alii religiosi et honestiores
habitus seculares Ita quod quilibet secundum
statum suum obtineat gradum sine locum
debitum et concessum nullus autem
doctor vel magistrorum seu consiliarorum post
quam ad dictam missam venerit sedem suam
deseras vel dimittas pro aliis missis
particulariter audiendis nisi hoc fecerit
fol 29 ter sol in initio/ et licentia rectoris petita primitus et
obtenta alii vero omnes supradicti stent et
sedeant seu remaneant in suis sedibus

primis vel secundis dictam missam audiendo
et honorando iuxta ordinationem super hoc olim
factam quia cum propter ~~missam~~ dictam missam
audiendam et honorandam principaliter
adiuverint ipsam dimittere non debent sed
ipsam debent integre et perfecte audire
ac principaliter pre ceteris honorare

De honore impendendo

funeribus dictorum magistrorum baccall. et
aliorum qui sunt vel fuerint de statuto
Thlanno

Septimo statuimus et ordinavimus quod
quando el cetero contiget mori vel etiam
sepeliri aliquem in doctorem vel magistrum
actu legentem in dicto studio et in villa vel
aliquem doctorem qui alias legerit ordinarie et
pro se in studio Thlanno dum tamen decedat
vel sepeliatur in studio vel in villa ponantur

arbitrio rectoris

fol 29 ver. lex

In funere ipsius sex tortitia et unus panis
Cibrius seu aureus iuxta arbitrium rectoris
qui tunc fuerit in studio supra dicto et
idem fiat si contingat mori et sepeliri
in dicto studio sine villa cancellarium thlamum
in villa vero die in qua sepelietur aliquis
doctor vel magister vel baccallarius actu
legens in iure canonico vel civili vel
lector predicatorum vel minorum in studio predicto
in hora qua sepelietur ne posthea et tota
die illa non legatur ordinarie nec extraordinarie
nec disputatur nec repetatur in aliqua
facultate et per escholas publice ~~in~~
~~dicatur~~ iudicatur alias vacatio pro aliquo
funere nullatenus iudicatur nisi esset
talis et tante excellentie quod iudicio
rectoris et consilio et assensu consilliariorum
super hoc simul vocatorum et congregatorum
videretur vacatio iudicenda.

De missa pro deffunctis studij thlani in die sancti ylarij Cellebranda

Octauo statuimus et ordinauimus
Quod de cetero quolibet anno dicatur et celebretur
solemniter vna missa cum diacono et subdiacono
In ecclia predicatorum in festo sancti ylarij post
sermonem nisi dictum festum eueniat in die
dominica quo casu dicatur in ~~castrum~~ castrinum dicta
missa post lectiones ordinarias doctorum et
In dicta missa habeantur tortitia en et
vnus panis aureus seu cerisius prout
rectori qui tunc fuerit videbitur ordinandum
Et ista missa pro omnibus doctoribus et magistris
vel baccallarijs et scollaribus qui fuerunt
In et de studio thlano et spallitis pro illis
qui decesserunt thlae vel alibi toto anno
Immediate preterito quando dicetur dicta
missa In quarum funere vel sepultura non

fuit Universitas supradicta et generaliter pro-
oibus qui unquam fuerunt in et de studio
thlauo in dicta vero missa teneantur interesse
omnes doctores magistri baccall et scolares
et ut melius dicte misse valleant interesse
indicatur per unam diem antequam dicatur
dicta missa in scolis studij per bedellum
et si sit dies legibilis non legatur post
ea de tota die ordinarie nec extraordinarie
et etiam per bedellum publice indicetur
et si de toto illo anno in quo dicetur
dicta missa decesserint ~~alliquin~~ aliqui doctores
vel magistri vel nobiles personne qui erant
vel fuerant de studio supradicto in quorum
funere non fuerit Universitas supradicta
vel quibus non fuit impensus honor panni
vel torticorum pro allijs superius ordinatis
scribantur eorum nomina per aliquem de
bedellis in dicta missa post euangelium seu

offerendam publice nominentur et dicatur
quod pro ipsis et aliis omnibus qui fuerunt
et studio Thlanor et spaliter pro illis qui
decesserunt anno illo dicitur dicta missa

Nono de non legendo in diebus festivis vel quibus indicitur vel legatur

Nono statuimus et ordinavimus
Quod nullus doctor magr licens baccall vel
scollaris legat nec aliquas scollas intret causa
legendi vel audiendi in aliquo die dominico
vel festivo nec etiam in aliqua alia die sine
hora post quam indictum fuerit per bedellum
modo debito et consueto quod illa die sine
hora non legatur ordinarie nec extraordinarie
vel non mutetur sed sicut vacatio indicta
fuerit et ex causa et per scolas publicata

Ita ab omnibus observetur et hoc statutum teneantur servare omnes supradicti virtute prestiti Juramenti existens titularijs vel qui legere voluerint decretalem firmiter edimus decretalem cum marte seu al decretales seu decreta divine scientie materiam continentes

De Cappis defferen a Doctoribus et magris sine baccall

Fol. 30 Cap. 27

Decimo statuimus et ordinamus

Nemo legat sine Cappa

Quod de cetero nullus doctor vel magr in aliqua facultate legat alliquam lectionem ordinariam vel extraordinariam nec disputet vel repetat nec ad actum doctoralem et magralem in scolis vel in cathedra scolarium exerceat sine cappa manicata vel rotunda hoc idem ordinamus et statuimus de licentiatis et baccall in jure canonico vel civilli qui legunt pro se vel pro alijs videlicet

quod nullus legat aliquam lectionem, nec
intersit disputationibus vel repetitionibus
doctorum aliquatenus sine cappa et hoc
teneantur servare dicti doctores magistri licentiati
et baccall. virtute prestiti iuramenti eodem
modo statuimus quod nullus baccallariorum faciat
nisi unam cappam in anno sine rotundam sive
et manicatam nisi causa rationabilis vel
necessaria hoc exposcat nec etiam hoc faciat
vel facere presumat nisi cum licentia rectoris
petita primitus et obtenta. Magistris vero
in artibus statuimus et ordinamus quod
nullus legat lectionem ordinariam de mane
sine cappa nigra clausa sine rotunda et
ideo sub iuramento supradicto ordinatum
fuit quod quilibet doctor magister licentiatus vel
baccall. actu legens habeat cappam
manicatam vel clausam seu rotundam ~~[illegible]~~
secundum statum ac conditionem sue scientie vel
personam. Item iuxta premissa extitit ordinatum
quod quilibet doctor magister vel licentiatus vel

Cappa in omni actu universitatis

baccallarius defferat dictam cappam non solum
in cathedra sed etiam in sermone et in missa
universitatis et ubicumque universitas tanquam
universitas fuerit vel fuerit congregata Item
quod doctores in iure canonico vel civili in
predictis locis et in cathedra et in scolis
et in sermone et in missa et ubicumque
dicta universitas fuerit congregata non tam
modo cappam sicut supradictum est sed
etiam birretum continue vel saltem
communiter defferre in capite teneantur
ut ex hoc status doctoralis honoretur et
doctores a non doctoribus discernantur,
Item quod magistri et baccalarii supradicti
quando ibunt per villam vel erunt in
locis publicis continue vel saltem
communiter defferant cappam suam nisi
forte ex causa rationabili quando non sunt vel
non habent cum universitate predicti magistri
eis expediens videatur defferre aliam

vestem seu alium habitum licitum et honestum

De Crastina concedenda vel non concedenda

Undecimo statuimus et ordinavimus
quod de cetero non detur vel non concedatur
alicui vel pro aliquo crastina nisi quando aliquis
magister in theologia vel doctor in iure
canonico vel civili faciet suum solempne
principium in studio predicto et tunc si intendat
legere ordinarie in dicto studio et faciat
festum solempne de principio suo tunc
intelligatur crastina concessa ipso facto
et dicta crastina ab omnibus de dicto studio
observetur si vero aliquis doctor non faciat
principium sine festum 1o de principio ita quod non
intendat legere ordinarie tunc dicta crastina
nullatenus concedatur si autem aliquis
magister in artibus vel in gramatica vel
in medicina faciat principium suum cum

1o vel etiam si faciat festum 1o

Intentione legendi ordinarie in studio Thlano-
tunc ipso facto Crastina sit concessa que Crastina
tantummodo a Gramaticis Logicis et medicis
observetur Item in aliis casibus preterquam
in premissis Crastina nullatenus concedatur
et hoc teneantur servare doctores et magri
virtute prestiti juramenti Quod vero aliquis
licentiabitur in theologia vel in jure canonico
vel civili nullus legat illa hora nec postea
de tota die illa nec etiam quando aliquis
faciat suum solempne principium in aliqua
facultate Itaquod illa die qua aliquis
licentiabitur solempniter in ecclia Sti
Jacobi vel sancti Stephani vel faciet
solempne principium post lectiones ordinarias
ab aliquo non legatur sed omnes vacare
teneantur que vacatio per scolas studij
publice judicatur

De vacationibus natis pasche et pentecostes

Duodecimo statuimus et ordinamus quod vacationes natalis domini presertim in iure canonico vel civili non durent nec procedantur aliqua via et cetero concedantur nisi a vespera natalis domini inclusive usque ad crastinum circumcisionis domini exclusive vacationes vero resurrectionis domini et pentecoste serventur et teneantur prout alias est fieri consuetum circa vacationes vero grammaticorum vel logicorum per istud statutum non intendimus aliquid immutare

De principis baccalarijs et similibus eorundem

Tertiodecimo statuimus et ordinamus quod omnes baccallarij in iure canonico vel civili

qui intendunt legere aliquem volumen —
extraordinarium vel aliquem librum decretalium
in studio Thlaur. exceptis institutariis seu —
baccallariis nomine qui mundum alias legerunt
tanquam baccallarii omnes incipiant lecturam —
suam simul .s. vira et eadem die tertia vz die
post principium doctorum vel quarta si interim
dies dominica occurrat quilibz in scolis suis
vel in illis in quibus legere intendit et
hora quadz legere vel aliqua alia —
competens et nisi dicta die incipiat et toto
anno illo non possit incipere vel legere
aliquem librum vel volumen nisi forte
ex infirmeretur vel alio necessario vel
probabili impedimento allegato et probato —
coram rectore saltem per proprium iuramentum
fol 32 ver. l. 16 dicta die incipere dimisit nec etiam ex
tunc legere vel incipere possit nisi forte
ibidem l. 19 faceret ex licentia voluntate rectoris

petita etiam et obtenta Illi autem qui
legent ordinem vel etiam aliud volumen
sive librum postquam inciperint die superius
assignata ~~superit~~ poterit differre per aliquos dies
ex causa processum lecture libri vel volumine
inchoati si eis expediens videatur Item
si omnes baccallarij finem imponere lecture
sue in illis solum in quibus communiter
anno illo vel saltem circa finem lecture
suae legerint lectionis institutarij vero
et illi qui de novo et tanquam novi
baccallarij habent vel intendunt incipere
institutarij et illi qui volunt et
intendunt quartum vel aliquem alium
librum decretalium tanquam baccallarij non
habeant ad incipiendum circa tempora
assignata primum erit post festum omnium
sanctorum usque ad xv dies secundum vero
tempus erit post octavas natal usque
ad octo dies tertium et ultimum tempus

erit post octavas pasche domini usque ad octo
dies immediate posthea subsequentes in aliis
vero temporibus non poterit nec debebit
incipere aliquis baccallarius in iure canonico
vel civili Et si aliquis contra facere voluerit
nullatenus admittatur nec per aliquem
bedellum aliquatenus publicetur Et hoc
teneantur tam baccalli quam bedelli observare
per proprium iuramentum verum ista que
dicta sunt superius de baccallarium principis
faciens non intelliguntur de illis qui
habent legere extraordinarie pro doctoribus
vel extraordinarie ff novi nec de illis qui
habent legere tres partes infor^ti nec de
illis qui habent legere tres libros C nec
de illis qui habent legere librum auct
vel feudorum nec de titullariis in iure
canon^ci vel civili nec de illis qui voluerint
partem vel particulam vel tractatum alicuius
libri decretalium vel volumine decretorum

De fine Lecture Certis Terminis Imponendo

Quarto decimo statuimus et ordinamus
Quod omnes doctores Legentes ordinarie decretales
finiant et finire habeant Lecturam suam
Infra ~~octavas~~ octavas ~~nat~~ natiuitati beati Johannis
bapte vel ad Longius Infra quindecim
Ipsius ~~nat~~ natiuitatis doctores vero In Jure Ciuili
quando Legent Codicem teneantur Illum
finire seu Lecturam Illius codicis terminare
In festo beate marie magdalene vel ad
Longius Infra festum beati petri ad
vincula vz Ante primam diem Augusti
Qui vero Legent ff Vetus vel Lecturam
Ipsius Ante festum Assumptionis beate
marie vel saltem Ante octavas vel
Etiam In octavis teneantur perficere
seu finire Et hoc facere teneantur doctores
predicti Jurum Canonici vel Ciuili diebus

seu temporibus supradictis per proprium Juramentum
vel sub pena xx^ti Librarum turonensium applicandum
universis predictis vel luminaribus et aliis
necessariis missa superius ordinatis Et
doctor qui profico tempore non imposuerit
finem lecture sue solvere teneatur virtute
prestiti Juramenti infra quindecim dies a tempore
sue quo finem lecture sue imponere debuit
proxime computandos

Quam pecuniam rector exigere teneatur

Quod nullus concurrat
cum doctore in lectura

Quintodecimo statuimus et ordinamus
Quod nullus baccallarius vel scolaris nec licentiatus
de mane vel de cero in aliqua facultate
eadem hora scilicet hora pro doctoribus assignata
in lectura sua vel alterius extraordinarie
legentis concurrere cum doctore vel

magistro ordinarie legente nec etiam in vesperis
dicta hora doctorum post quam ipsi doctores
vel legentes pro ipsis donec pulsetur a
preminorum in prima pulsatione vesperarum
nec etiam aliquis de mane legat vel
concurrat in aliqua lectura extraordinaria
cum aliquo doctore eiusdem facultatis ordinarie
tunc legente Item iuxta premissa statuimus
et ordinamus quod de cetero non concedatur
per intervalla dierum in septimana alicui
baccall vel scolarij vel etiam doctorum extraordin
legen quod dimissis vel dimissis vel
~~dimidiatis~~ dimidiatis vel interpaulatis aliquibus
diebus vel horis in septimana possit
extraordinarie legere aliquem librum nec
aliquam lectionem in horis ipsis doctoribus
assignatis / et hoc quilibet predictorum servare
teneantur virtute prestiti iuramenti Ista
vero duo statuta immediate procedentia
non legent aliquem citra festum beati Luce
proximum appropinquans

De presentatione ad doctoratum in doctoratum in decretis faciendis

Sexto decimo statuimus et ordinamus
quod de cetero nullus baccallarius quantumcumque
audiverit vel legerit decretales presententur
seu examinentur ad doctorati obtinendum in
decretis nisi constet saltem per proprium
iuramentum quod ipse audiverit in studio
et in scolis a doctore vel baccallario
totum decretum vel maiorem partem ipsius
et si talis forte per aliquem presentetur
non examinetur per doctores predictos actu
legens cum eo ipso quod dictum decretum
non audiverint vel maiorem partem ipsius
ad doctoratum recipiendum in decretis minus
sufficiens reputetur nisi forte dictum
decretum per tantum tempus legerit quod
merito sufficiens debeat reputari predictis
~~auctoritatis~~ autem iuramentum prestetur cancellario

vel rectori in presentia eiusdem et doctorum eiusdem
facultatis quibus assignabuntur puncta vel
antequam examinetur et hoc omnes doctores
iuris canonici servare teneantur per prestitum
iuramentum. Per hoc autem non intendimus
domino cancellario vel iure ipsius in aliquo
derogare immo ex hoc intendimus honori
ipsius et utilitati dicti studii providere

fol 34 vers
l. 8.

De supplicatione super aliis presentationibus domino episcopo faciendis

fol 34 vers. sin medio,
liz et seq.

Decimoseptimo statuimus et ordinavimus
quod super presentationibus faciendis ad doctoratum
vel ad magisterium obtinendum in qualibet facultate
et super presentatis per dominum cancellarium
admittendis ac super examinationibus faciendis
supplicetur domino episcopo thlano quod servetur
ordinatio et concessio facta et concessa
super premissis per innocentium in privilegio
concessum per ipsum studio thlano et ista

de ceci ne se peut
rien colliger contre
l'université en faveur
de mes larchevesques
car ceci ne sert que
pour monstrer que mes
larchevesques est
pardessus le chancelier

supplicatio fiat ut citius fieri poterit commode
per rectorem doctores et magistros seu ex parte
ipsorum vel ex parte universi dicto domino episcopo
thelano ut ipsi propter honorem et utilitatem
studij supradicti dictam ordinationem et concessionem
per dominum cancellarium et dictos doctores
et magistros faciat observari et illud quod
in dicto privilegio et doctoribus in decretis
seu in jure canonico faciens statutis ad idem
et doctoribus in jure civili faciens in
dicto studio obtinetur clausula autem dicti
privilegij in qua dicta ordinatio sive concessio
posita in hunc modum in dicto privilegio
continetur volentes igitur quod tam
fol 35 l. 7 fidelis plantatio applice sedis conferta
numeribus exculta studijs dispensata
digni favoris auxilijs robur accipiat
et perfectum circa statum scolarium et
scolarum civitatis eiusdem iuxta foelicis
recordationis gregorij pp. predecessoris nostri
ab ipsis magistris et scolaribus parisiensis

statuta concessa hec statuimus ~~[illegible]~~ observari
vz quod quilibet cancellarius tholosanus ~~[illegible]~~
deinceps creandus coram Epo Thlano vel eius
mandato in capitulo vocatis ad hoc per
universis scolarium duobus magistris in sua
institutione iurabit quod ad regimen theologie
ac decretorum secundum conscientiam unam loco et
tempore secundum statum civitatis et honorem
ac honestatem facultatum ipsarum non nisi
dignis licentiis largietur non admittat
indignos patriarum et nationum acceptione
submota ante vero quam quenquam licentiet infra
tres menses a tempore dicte licentie tam ab
omnibus magistris theologie quam ab aliis
viris honestis et legitimis per quos
veritas sciri possit et vita scientia et
facundia nec non et proposito et spe proficiendi
ac aliis que sunt in talibus requirenda
diligenter inquirat et inquisitione sic facta
quid deceat et quid expediat bona fide
det vel neget secundum conscientiam suam petenti

Creatio Cancellarij

et ejus Juramentum

Licentiam postullatam magistri vero theologie
ac doctores quando incipiunt legere prestabunt
publice iuramentum quod super premissis fidelle
testimonium perhibebunt Cancellarius vero
iurabit quod omnia consilia magistrorum in malum
eorum nullatenus revelabit Thlem Canonicis
libertate et iure incipiendi habitis in sua
firmitate manentibus de phisicis vero et
artistis et aliis Cancellarius bona fide
permitet examinare magistros et non nisi
dignos admittens indignos repelet

De non legendo post pulsationem Campane post finem ipsius

Decimo octavo statuimus et ordinavimus
quod nullus doctor magister licens vel baccallarius
vel aliquis legens pro ipsis sit ausus
legere post pulsationem Campane que
pulsatur pro terminanda illa hora qua

tunc legitur et alia hora inchoanda in qua
debent alii legere vel intrare sed statum quod
incipiet pulsare suam dimittat quilibet fen
terminet lectionem et si forte quod incipiet
pulsare velit aliquid inceptum complere illi
qui tunc legent poterunt facere tantummodo
usque ad finem campane ita tamen quod post
finem campane illud etiam quod est inceptum
vel inchoatum non perficiant nec legant etiam
unum verbum postquam certi vel certificati
fuerint de pulsatione dicte campane sed
postea in sequenti lectione poterunt quod
dimiserunt ~~[illegible]~~ resumere proficere vel
complere si eis utile vel expediens
videatur

De pulsatione campane pro vesperis facienda

Decimonono statuimus et ordinamus
quod de cetero pulsetur dicta campana post
horam doctis vz post quam intraverint doctores

qui legunt vel perfecte poterunt suam
legisse lectionem hora rationabili estimata
poterit rector secundum diversa anni tempora
de voluntate et consilio doctorum iuris canonici
et cuiuslibet dictam horam duxerit assignan
dicta tamen hora seu pulsatio taliter assignetur
quod propter pulsationem dictam vel lecturam
alicuius pro dictam pulsationem legere volentes
dicta hora nulatenus breviatur nec etiam
dicta pulsatio anticipetur nec propter
dictam pulsationem vel pulsationis
anticipationem doctoris in processu suo
cossum aliquatenus impediri nec etiam
retardari et ut melius et magis ordinate
pulsatio dicte campane circa horas in
quibus debet pulsari observetur fuit
statutum et ordinatum quod ille qui ad
dictam campanam pulsandi fuerit deputatus
iuret quod ipse hora pulsandi fideliter
observabit nec abreviabit scienter vel

retardabit horam pulsandi nisi ex parte
rectoris vel nisi de certo mandato ipsius
sibi fuerit dictum vel etiam intimatum.

De substituomibus faciendis a doctoribus vel Magistris

Vicesimo statuimus et ordinamus
quod nullus doctor vel Magister possit substituere
in lectura sua hora matutinali aliquem
nisi ad longius per unam mensem seu per
triginta dies utiles nisi in casu ubi vel
quando non reperiatur invenire et habere
doctorem vel Magistrum seu facultatis qui
pro eo posset vallet legere de quo prius
fidem faciat per proprium iuramentum et
tunc poterit ad tempus aliquem licentiatum
si inveniat sibi substituere de ipsius
rectoris consilio et assensu et hoc
a doctoribus servetur et teneatur virtute
prestiti iuramenti

1o doctorem vel magistrum suae facultatis

fol 36 vers. l. 12

De ordine Librorum in Iure Civilli a baccall. observando

Vicesimo primo statuimus et ordinamus quod de cetero baccall. in legibus incipientes ab institutionibus legant libros quos per ordinem sine saltu s. pro anno C vel ff vetus secundum quod erit cursus tertio vero alterum et ultimo inforssiatum. Ita tamen quod lecta instituta et altero de ordinariis tertio anno loco secundi ordinarij possunt legere extraordinarijs ff novi vel tres partes inforciati et iste ordo per dictos baccall. in dicto studio de cetero inviolabiliter observetur

De numero Librorum quos debent legere baccall. in Iure Civilli

Vicesimo secundo statuimus et

ordinamus Quod omnes baccall legentes in iure
civili teneantur in anno illo legere certos
libros vz illi qui legunt Inforciatum novem
vel saltem ad minus octo libros Inforciati legere
teneantur illi vero qui legunt ff Novum
septem vel saltem sex libros ipsius ff teneantur
legere seu complere illi vero qui legunt C
tres libros ipsius C legere teneantur illi autem
qui legunt Institutum teneantur ex toto
perficere et complere Antiquitatibus ipsius
si dicti baccall voluerint pretermisso Alioquin
dicti baccall et cetero non reputentur ordinate
vel perfecte sua volumina sine suum cursum
legisse nec etiam complevisse nisi predictos
libros legerint secundum numerum et ordinem
superius ordinatum

De disputatione doctorum et
et respons baccallariorum

Vicesimo tertio statuimus et ordinamus

Ex disputationibus que fiunt per doctores in iure
Canonico vel Civili in studio supradicto non
durent nec pretendantur nisi per unam diem
Et hoc teneantur servare dicti doctores per
proprium Juramentum Et ut melius
questionibus que sunt in dictis disputabus
per baccall respondere valeant Et ut
Antiquiores pre ceteris in dictis questionibus
Aliquatenus honorentur Et ut propter
multitudinem respon[sionum] plus debito prorogentur
fuit statutum Et ordinatum quod nullus
baccall respondeat disputationibus supradictis
nec sibi aliqua questio assignetur per
aliquem doctorem disputantem seu disputare
volentem nisi legerit per triennium Ille
qui aliqua questio ipsius respon[sionis] in
dictis disputationibus comitetur post
triennium vero lecture poterit de quacumque
questione sibi per doctorem commissa in dictis

1° seu respondere volentium dictae disputationes

disputationibus respondere iuxta premissa etiam statuimus Et ordinavimus quod ordo disputationum et responsionum in dicto studio servetur et teneatur eadem quod in antiquis statutis dicti studij est statutum et prout in ipsis statutis melius continetur

De concurrendo in lectura cum doctore in estate

Vicesimo quarto statuimus Et ordinavimus quod si quis doctor in iure canonico vel civili postquam tempore superius assignato finierit lectionis seu finem imposuerit lecture sine si postea legere voluerint in estate et mane nullus baccallarius vel scolaris eiusdem facultatis concurrat cum ipso in lectura nec in hora saltem usque ad horam prime quando videlicet pulsatur dicta prima in ecclesia deaurate Post autem dictam

horam prime vel dictam pulsationem quillibz
baccallarius poterit legere et etiam in hora
concurrere cum doctoribus nisi quando aliquis
doctor voluerit legere vel repetere cum
oppositis et quesitis in qua hora nullus
baccallarius nec scolaris eiusdem facultatis
poterit concurrere cum doctore et hoc teneatur
~~cum doctore~~ cuilibz servare per proprium
juramentum

De principio Magrorum vel Lectorum in Theologia vel Legentis decretum

Vicesimo quinto statuimus et
ordinavimus quod quando aliquis Magr
in Theologia vel Lector predicatorum vel
minorum et novo venit ad studendum ad
legendum in dicto studio fuerit deputatus
in die qua faciet suum principium seu

Incipiet Lecturam suam de tota illa die
post Lectiones ordinarias ab aliquo non
Legatur eodem quoque modo fuit ordinatum
et statutum de cetero quando aliquis
doctor et non incipiet legere dictum decretum
cum intentione continuandi dictum decretum
nullus doctorum vel baccallariorum intret et
tota die post Lectiones ordinarias nec
Legat aliquam Lectionem pro alio vero
principio posthea faciendo durante Lectura
Inchoata nec pro disputatione vel responsione
per ipsum posthea faciendo vel finem
Imponendo nulla baccall doctoribus indicatur
In illa vero die in qua ille qui legit
ordinarie decretum vult incipere vel
resumere vel finire Lecturam dicti decreti
nullus baccall debet eadem hora cum ipso
concurrere nec de mane dicta die
Lecturam aliquam incipere vel finire

De filiolis faciendis vel non faciendis

Vicesimo sexto statuimus et ordinamus
quod de cetero nullus doctor vel magister actu
legens sive regens in aliqua facultate
in studio Thlaurensi nec etiam aliquis religiosus
in dignitate constitutus nec canonici
cathedralium ecclesiarum vel collegiatarum nec
~~rectores~~ parrochiales parrochiales etiam faciant filiolos
vel filiolas seu comatres per suspectionem
a sacro fonte in civitate Thlaurensi nec
in continentibus ~~et~~ edifficiis seu bastitis
quandiu erunt in studio supradicto nisi in
casu necessitatis vel periculi evidentis
nec aliquis predictorum sit vel vadat cum
aliis quando faciant vel facere voluerint
filiolos supradictos et hoc teneantur servare
virtute prestiti juramenti Item sub juramento

fuit statutum et ordinatum quod si aliquis
baccallarius vel scolaris de studio supradicto
qui non sit de personis superius nominatis
voluerit facere filiolos vel filiolas in
civitate Thlamana non presumat ire nec accedere
ad aliquem filiolum faciendum nisi de
decimo nec aliqui ultra predictum numerum
et ultra illos quos iuxta predictum numerum
ille qui voluerit facere aliquem filiolum
vel filiolam duxerit eligendos sit ausus
cum ipsis accedere nec cum ipso vel
ipsis eundo ad ecclesiam cum filiolo vel
redeundo ad domum compatris vel comatris
aliquatenus interesse

De pecijs seu exemplaribus corrigendis

Vicesimo septimo statuimus et
ordinavimus quod de cetero quolibet anno in

principio studij Creato Rectore et Electis
seu nominatis Consilliarijs eligantur et
statuantur aliquae certe persone sufficientes
et discrete que videant petias seu
exemplaria que tenentur in stationarijs
vel in alijs locis pro libris scribendis
vel faciendis maxime pro faciendis vel
scribendis libris illis qui ordinarij et
magis necessarij reputentur et inspiciant
si supradicte petie sunt vitiose vel corrupte
si procuretur per ipsos vel ordinetur quod
predicti stationarij obligent se per iuramentum
vel per aliam penam vel aliquo alio modo
quod non teneant petias vitiosas vel
corruptas sed veras et correctas specialiter
in libris ordinarijs ut superius est
dictum Talliter quod expetijs vel exemplarijs
vitiosis vel corruptis non possit provenire
aliquod dampnum illis qui faciunt scribi-

vel corrigi libros suos cum petijs vel exemplarijs
supradictis cum hoc valde sit necessarium
doctoribus baccallarijs et scolaribus in studio
supradicto existentibus et multa dampna
evenerunt seu accederunt pro petijs seu
exemplaribus non correctis

De vigilijs festorum et
Rectionibus in vesperis legendis

Vicesimo octavo statuimus et
ordinamus ~~Rr~~ doctores et magistri in vigilijs
sanctorum seu festinitatum in quorum vesperis debet
vel consuevit interesse possint intrare
et legere de cero antequam vespere
dictarum festinitatum seu vigilliarum dicantur
vel ante quod villan communiter pulsatur ad
vesperos supradictos fra quod pro hora
doctorum aliquantulum pulsetur campana

universitatis Magis tempestive quam alliis
diebus et tunc poterunt intrare dicti
doctores vel legentes pro ipsis non obstantibus
vigilliis supradictis Post introitum vero ipsorum
quando pulsabitur communiter ad vesperos per
villam pulsetur interim campana vel saltem
post finem ipsius non legant etiam unum
verbum sed statim dessendere teneantur nec
postea legatur de tota die illa per
aliquem doctorem vel baccall vel scollarem
et quilibet predictorum istud s. in dicta
hora vel pulsatione dessendere et postea
non legere servare teneantur virtute
prestiti juramenti dum tamen de dicta
pulsatione fuerint certi vel certifficati
et cum in vesperis ipsius festivitatis dicta
universitas debeat interesse tunc s. dicta
hora quilibet doctor vel magister honorabilius
et cum maiori comitiva vel cum suis

scolaribus seu auditoribus poterit ad dictos
vesperos accedere et ad honorem dicte
festivitatis dictos vesperos honorare sic
ex hoc utilitas scolarium subsequetur et
nullum preiudicium ipsi festivitati quod absit
irrogabitur imo ex hoc ipsa festivitas
amplius poterit honorari et ipsa universitas
congregari in aliis vero vigiliis in quibus
legitur et mane in quorum vesperis universitas ~~et~~ tag
~~mane~~ non consuevit congregari nec dictis
vesperis interesse. Legatur in vesperis
et pulsetur campana et excam legentes
prout et aliis diebus seu vigiliis est
superius ordinatum

De ordine et reverentia sedendi et insedendi inter doctores et magistros

fol. 40 l. 7. c. s. 99

Vicesimonono statuimus et
ordinavimus et etiam addimus ad illa

que sunt superius ordinata circa Missam
beate marie que dicitur die dominica in ecclesia
predicatorum vz quod in sede doctorum vel
magistrorum circa ordinem sedendi sive standi
talis ordo et talis reverentia observetur s. quod
rector sedeat in cathedra in medio doctorum
et magistrorum sicut est hactenus fieri
consuetum nisi cancellarius esset ibi
presens cui rector dicta die ipsius rectoris
prima debent esse et sedere prelati et
magistri lectores in theologia si ibi fuerint
tunc presentes secunda debent esse
doctores decretorum tertia doctores legum itaque
inter ipsos ordo prioritatis et posterioritatis
secundum tempus doctoratus vel lecture ad
invicem observetur nisi propter reverentiam
vel propter curialitatem quam alteri vult
defferre vel alter alterum ad invicem honorare
inter canonistas vero illa qui legit decretum

Cela na jamais esté fait

alias cum cedere tenentur

A latere vero dextro

debet stare pre aliis vel sedere nisi ex causa
vel ex curialitate alios vel aliquem aliorum
voluerit honorare a parte vero sinistra
ipsius rectoris debent primo esse magistri in
medicina secundo magistri in artibus tertio
magistri in grammatica itaque quod inter ipsos
debet servari ordo prioritatis et posterioritatis
secundum tempus magistri vel lecture nisi causa
curialitatis vel honor quem unus alteri
vult deferre vel ex causa alterum honorare
sicut superius est de doctoribus ordinatum
in aliis vero locis ubicumque sit vel
vadat universis supradictis eundo vel redeundo
secundum premissa poterunt et debebunt
ad invicem ordinari et seriatim seu ordinatim
accedere vel venire et in ecclesia vel
alibi residere nisi ex aliqua causa rationabili
dictus ordo aliter mutetur vel etiam ordinetur
qualiter autem et quando debeant hic doctores
magistri et scolares ad funera illorum qui sunt

vel fuerunt et dicta universis dicti studij
supra plenius continetur

fol. 40 vers. l. 16 et seq.

De Juramento a Legentibus
prestando et eius Interpretatione
seu declaratione et et statutis
Loco patenti positis

Tricesimo statuimus et ordinamus
quod nullus doctor Magister Licentiatus baccall
scolaris cuiuscumque facultatis admittatur ordinatur in
Thlaur studio et cetero ad legendum ordinarie
vel extraordinarie nisi prius Juret supra sta
dei Evangelia tenere statuta studij secundum
formam in tricesimo octavo statuto Inferius
Annotatam hoc Autem Juramentum Intelligitur
et illis statutis que per Juramentum seu sub
virtute Juramenti precipiuntur principaliter
observare predictum Autem Juramentum Ita fuit

statutum et ordinatum ut non ligaret aliquem
nec astringeret nisi veniret contra dicta statuta
contumaciter vel scienter etiam si post habita
scientia vel certitudine de dictis statutis faceret
aliquis contra ipsi statuta non advertendo
acta vel non recolendo de ipsis statutis
vel de aliquo ipsorum vel de iuramento fuit
dictum statutum et declaratum quod propter
hoc nullus incurreret ~~per iniurium~~ per iniurium nec possit
dici fractor prestiti iuramenti dumtamen quando
sciet vel advertet vel ad memoriam reducet
statim vellet citius commode poterit cesset
et abstineat ab illo vel ab illis quod vel
que faciebat vel attemptabat contra dicta
statuta que debent seu precipiuntur servare
sub virtute prestiti iuramenti et si unquam
alicui abiicientur periurium propter
transgressionem predictorum statutorum et
verteretur in dubium utrum scienter vel
ignoranter advertendo recollendo vel non

Recolendo venisset contra predicta statuta
fuit statutum et ordinatum quod super
ignorantiam vel super huiusmodi dubium
staretur conscientie cuiuslibet cui conscientie
super hoc duximus quemlibet requirendum
Ita quod quilibet per iuramentum proprium
super hoc posset fidem facere et si necesse
esset de periurio se purgare et sub ista
conditione seu sub isto intellectu precipitur
et prestatur huiusmodi iuramentum Ne vero
propter ignorantiam dictorum statutorum aliqui
differant iurare vel postquam iuraverint
possint decerare fuit statutum et ordinatum
quod nova statuta et vetera seu antiqua
ponantur et religantur in scriptis in
aliquo libro vel caterno incatenato vel
clavellato in columpna lapidea ubi
cantatur in die dominica missa superius
ordinata vel alibi taliter quod quilibet possit

Illa statuta legere et videre maxime illa
que debent per juramentum seu virtute
juramenti iam prestiti observari ille qui erit
rector in principio studij proximi tunc instantis
hoc autem facere et procurare teneantur virtute
iam prestiti juramenti et si forte dictus
rector si haberet unde solveret vel ad
solvendum aliud remaneret fuit statutum
quod ~~illa~~ ille qui erit rector immediate
post ipsum solvere et satisfacere teneatur

De Jurato prestando a rectore
illi qui rector fuerit ante eum

fol. 41 vers. in fine

Tricesimo primo statuimus et
ordinavimus quod de cetero rector dicti studij
postquam fuerit creatus cum effectu
infra unum diem vel ut citius comode
poterit legat seu legi faciat statuta

studij et ordinationis Maxime statuta illa
que fuerunt facta et ordinata inter dominum
Cancellarium et universis de voluntate et
assensu Rdi in xpo patris domini Dei
gratia Epi Thlam que incipiunt in hunc
modum Noverint universi etc
Item statuta ista de novo facta que
incipiunt Ad honorem dei et
predicta statuta quandiu erit rector
faciam quantum comode poterit inviolabiliter
observare et penas pecuniarias seu
oblationis seu multas de voluntate
et assensu dicte universitatis appositas
et prefixas in predictis statutis petas
et exigat seu peti et exigi faciat et
iura ac libertates universis custodiat
et conservet et custodiri ac conservari
faciam quantum comode poterit ad
honorem et utilitatem ipsius universis

No. fol. 42 in initio pourquoy dit il de volunte de el assensu epi veu quil nappert pas que il consentengent luy ait esté demandé et veu que l'université a pourvoir de l'estime des statuts sans soy consentement; s'estoit dons le Chancelier en lieu qui avoit demandé ses consentements, et voulut cependant luy faire pretendre statuts Noverint universi, ay accordé quil ont esté faictz en faveur du Chancelier

ac studij thlam et hec que continentur in festo
statuto servare et facere teneantur quicumque
rector fuerit et cetero in studio supradicto
per proprium juramentum virtute iam prestiti
juramenti prestare teneantur in die creationis
sue illi qui immediate rector fuerit ante
ipsum vel tenenti locum ipsius et si forte
dictus rector non fuerit pnus in die creationis
sue hoc idem facere teneantur quicumque quandocumque
post receptum officium rectoris extiterit
requisitus salvo juramento quod dictus rector
prestare debet antequam utatur officio
suo domino cancellario thlano cui per hoc
non intendimus in aliquo derrogare

Et hoc

fol 42 in fine

De punctorum assignantium
Electione

Tricesimo secundo statuimus et
ordinamus quod et cetero quolibet anno in principio

studij In prima Congregatione que fit per
Rectorem post principium doctorum vel ante
si magis expediens videatur statuentis
et ordinentur per ipsum Rectorem et
fol 42 vers. l. 7 consilliariorum consilio et assensu duo
doctores unus In jure Canonico alter In
jure Civili et duo baccallarij In jure
Canonico et duo In jure Civili qui
certa puncta teneantur doctoribus ordinarie
legentibus fideliter assignare Ita quod
Canoniste puncta juris canonici legiste
vero puncta juris Civilis ordinent et
1° primum punctum assignent 1° usque ad natiuitatem domini
secundum post vacationem natalis dni
usque ad carnisprimum tertio usque ad
vacationem septimane sancte ac resurrectionis
dnice quarto usque ad festum pentecostes
quintum et ultimum usque ad finem librorum
usque ad terminum pro fine imponendo superius

Assignata iuxta dicta puncta per terminos
Inviolabiles vel festa Immobilia volumus
Assignare quod poterunt si magis videantur
Utilitati scolarium expedire et predictam
punctorum Assignationem faciant et facere
teneantur dicti doctores et baccall ad hoc
deputati sub virtute prestiti Iuramenti
Secundum deum et Iustum Arbitrium do
meliori modoque potuerunt ad Utilitatem
communem scolarium quam punctorum Assignatione In
scolis Iuris Canonici et civilis faciant postquam
facta fuerint publicari

De pena bedellorum si non
sint ubi fuerit universitas congregata

Tricesimo tertio statuimus et
ordinavimus quod bedelli sint et esse teneantur
In sermone et In missa universi et
ubicumque sit vel vadat et congregetur
universitas supradicta et si defficiant ubi

fiat vel fuerit Universitas supradicta qualitas
ipsorum pro qualitate vice si contrarium fiterit
quinque solidos turonis Universitati solvere teneantur
nisi ex causa rationabili aliquis ipsorum
non tamen ambo licentiam obtinerint a rectore
fol 43 lin 15 vel nisi necessitas vel casus ~~necessitatis~~ infirmitatis
aliquid ipsorum vel etiam ambos merito
excusaret

De pena bedellorum

si aliquem rebellem vel jurare
volentem presumpserit judicare

Tricesimo quarto statuimus et
ordinavimus quod si predictus bedelli vel
aliquis ipsorum aliquem quem ~~fuerint~~ seiverint
non jurasset vel alias rebellem statutis
fol 43 l. 19 vel rectori cum juramento factis induxerint
2 bedelli multantur per rectorem vel eius cedullam in scolis publicis legerint
viginti si turonis Universitati solvere

teneantur pro qualibz vice In qua hec ansi
fuerint Attemptare quam pecuniam si ad mandatum
Rectoris solvere voluerint Infra ~~compet~~ competentem
terminum per dictum Rectorem eis Assignandum
dum tamen de hoc constiterit dicta pecunia
duplicetur Quam pecuniam dictus bedellus
seu bedelli virtute prestiti Juris solvere et
Rector exhigere teneatur

De Conviviis Licen. et baccallariorum

Tricesimo quinto statuimus et
Ordinavimus Quod nullus baccallarius Licen. In
Aliqua facultate In die Licen. sue nec etiam
Ante ratione dicte Licen. Audeat convivium seu
festum prandij seu Comestionem per modum
convivij facere nec Alignem el studio seu el villa
Ante obten. Licen. Invitare nec etiam bedelli nec
banquerij veniant dicta die In domo dicti Licentiandi
vel Licentiati

ad comodendum nisi per ipsum Inuitati fuerint
seu vocati quos licens Inuitare poterit vel
vocare non obstante superius ordinatis Item
eodem modo statuimus et ordinamus quod
Institutarij et Illi qui de nouo Incipiunt
Legere tanquam baccallarij noui aliquem librum
decretalium In die In qua erunt baccallarij noui
vel Incipiant tanquam baccallarij noui vel
etiam ante rationem dicti baccallariatus vel
principium non faciant Conuiuium vel festum
prandij vel comestionis per modum ~~conuiuij~~ conuiuij non
presumant ante principium suum In dicta die vel
ante hac de causa aliquem de villa vel
de studio Inuitare de bedellis vero et
banquerijs In sto casu Idem obseruetur quod
circa ipsos de licens est superius ordinatum

De banquerijs scilicet quando
debent baccalarijs Iudicare

Tricesimo sexto statuimus et ordinamus
Quod banquerij cuiuslibet Auditorij teneantur intimare
et nuntiare baccall qui legunt in ipsis scollis
vel sub doctore illius auditorij congregationes
faciens vacationes repetitiones et disputationes
indictas in ipsis scollis publice per bedellum
illas vel disputationes vel repetitiones que
habent fieri in iure canonico vel civili et hoc
talliter et talli tempore sine hora intiment
supradicta nuntient baccall supradicti quod illud
quod dicti baccallarij debent scire non valeant
ignorare et hoc observare teneantur dicti
banquerij virtute prestiti iuramenti sub pena
ex [illegible] quos pro qualibet vice in qua
predicta ~~submiserint~~ obmisserint facere ipsi universi solvere tali
teneantur per prestitum iuramentum infra quindecim
dies postquam per rectorem extiterint requisiti
et ut melius hoc valeant observari fuit
statutum et ordinatum vel potius innovatum
Quod quilibet baccallarius unum certum doctorem

In principio studij vel lecture sue debeat
proffitere sub quo incipiet sive legat ne
aliquis in studio sive doctore vel capite
videatur

De Banquario Majori qui in
pij doc sicut vnus et baccalar

Tricesimo septimo statuimus
et ordinamus quando aliquis doctor
in jure canonico vel civili faciet suum
solempne principium vel quando recipiet
insignia doctoratus tantum et cetero
dare teneatur banquerio maiori seu officio banqre
quantum dabatur vni vel alteri bedellorum
et hoc fundetur pecunia sive vestis

De forma Juramenti
Scolarum et etiam aliorum

Fol. 44 v. c. l. 10 et seqq.

Tricesimo octavo statuimus et ordinavimus quod salvo iure et honore domini Epi Thlam Cancellarii et ecclesie Thlam et cuiuslibet alterius superioris super istis et aliis statutis studii Thlam presertim cum iuramento factis fideliter observandis prestetur iuramentum ab omnibus doctoribus et Magistris licentiatis baccallariis et scolaribus qui sunt vel et cetero erunt et ipsa universitate studii supradicti forma vero iuramenti quam prestare quilibet tenebitur talis erit salvo iure et honore domini Epi Thlam Cancellarii et ecclesie Thlam et cuiuslibet alterius superioris quam statuta studii Thlam que incipiunt Noverint universi # et ista nova que incipiunt ad honorem dei illa que sunt cum iuramento vel per iuramentum sub virtute iuramenti precipiuntur observari bona fide servabo quandiu ero in studio et studio Thlam et quantum

Il y en a deux lis commencent ainsi

ad me spectant et spectare poterunt in futurum alia vero statuta que sunt facta et ordinata sine juramento promito bona fide sine cum juramento simpliciter obseruare juramentum vero in isto statuto positum seu forma ipsius intelligitur seu debet intelligi secundum illa qui in tricesimo stato sunt superius ordinata et etiam declarata

De scribendis nominibus iurantur et de pena bedellorum rebellum seu iurare nollentium

Tricesimo nono statuimus et ordinauimus de cetero et scribantur nomina unus liber per rectorem in quo ponantur et scribantur nomina illorum qui iurauerunt vel iurabunt secundum formam supradictam et ad unam partem ponantur nomina doctorum ad aliam partem ponantur nomina

Licentiatorum baccallariorum et Concilliariorum
et aliam partem nomina Religiosorum et posthea
ad aliam partem nomina aliorum vel aliter videlicet
cuiuslibet doctoris actu Legentis seu Regentis
et omnium illorum qui sunt ab Auditorio suo
ponantur seu scribantur ad unam partem
ipsius libri vel alias taliter dicta nomina 10
eorum valleant inveniri qui dictum prestiterunt
Juramentum ut si casus contingeret quo ea dicta
universitas necessaria esset sibi tanquam
Jurato et tanquam fidelli suo ad quem membro
suo in suis negotiis ac necessitatibus ipsa
universitas subveniet verum si qui forte
fuerint qui jurare ~~voluerint~~ noluerint sicut est
superius ordinatum nomina eorum ad partem
dicti libri ponantur ut si casus accederet
in quo ipsius beneficio vel auxilio dicte
universitatis vel privilegiorum ipsius in
aliquo indigens ipsa universitas suum

ordinentur seu scribantur quod est facili nomina

Auxilium tanquam rebelli merito denegaret et
si aliquis talis inveniatur tanquam rebellis
ab omnibus evitetur Itaque si fuerit doctor
magistri licentiatus vel baccallarius nullus ab
universitate predicta ipsius audiat lectionem
nec aliquis talem substituat nec extraordinariam
nec aliquam lectionem sibi commutat si
autem fuerit scollaris et monitus legitime
iurare et noluerit tanquam rebellis
evitetur in lectionibus et in scollis a
quolibet doctore hoc scientie vel licentiato
baccallario seu magistro et hoc intelligitur
quandiu talis erunt in rebellione vel
pertinacia prestandi iuramentum superius
ordinatum

De vestibus et pannis
studentium in studio thlano et
de pretio vestium predictarum

Quadragesimo et Ultimo statuimus et
ordinamus seu ordinationem et statutum fecimus
super vestibus sive pannis in supradicto studio
a doctoribus magistris licentiatis baccallariis et
scolaribus deferendis. Statutum seu ordinationem
fecimus constituimus et ordinamus ad instantiam
requisitionem multorum et universitatis et ad ultimum
et consilio et voluntate consilliariarum
et totius universitatis seu illorum qui totam universitatem
representabant et qui habebant vocem et
potestatem super hoc omnium aliorum cuius
statuti sive ordinationis tenor talis est

Cum vestium superfluitatem per sanctos
patres ac sacros canones in clericis
reprobatur ac humilitas commendetur cum
etiam prope superfluitatem vestium quam
actenus facere consueverunt clerici et scolares
in studio Thlaneo residentes non solum ipsis

clericis et scolaribus dispendia sed toti studio
multa pervenerunt detrimenta ex eo hz
quod multi dictam superfluitatem vestium
aborrentes ipsorum quidem sumptus immoderatos
non immerito formidantes venire ad dictum
studium recusarunt et ad alia non tam
sumptuosa studia accesserunt multique ad
dictum studium accedentes propter cultum ac
sumptus ipsorum vestium a dicto studio
recesserunt nonnulli etiam in dicto studio
existentes non solum pecuniam ex qua in dicto
studio venire ac remanere poterant et
debebant imo quod gravius est libros
suos cum quibus et in quibus studere
ac proficere proponebant in dictis
vestibus expandentes seu potius consumentes
multotiens ante finem librorum a dicto studio
recesserunt et cum pecunia consumpta et
substantia examinata ac libris non solum
suis sed etiam alienis alignotiens impignoratis

venditis distractis totaliter vel amissis pro
pannis et vestibus supradictis non possent
sine verecundia et confusione in dicto studio cum
aliis remanentibus ac proffitiis remanere idcirco
fol. 46 vers. l. 4 3 Nos B. de Turre Prior de Rabistagno doctor
decretorum ac rectis studii thlam una cum
aliis doctoribus dominis et Magistris regentibus
in studio supradicto quorum nomina infrascripta
continentur et consilliariorum consilio et assensu
et de voluntate etiam totius universitatis
studii prelibati volentes premissis prout est
possibili obviare et circa premissa salubre
remedium adhibere certum pretium dicti panni
et vestibus duximus apponendis et per
certum pretium ac taxatum ipsa approbanda
vestium superfluitas refrenetur et approbando
ipsarum vestium mediocritas in dicto studio
teneatur pretium vero predictum fuit
preffixum appositum et taxatum ita vz
quod canna panni et quo doctores magistri licent

baccallarij et scolares faciant vestes suas
ad defferendum in scollis et per villam
viginti solidos vel ad amplius viginti quinque so
turonis parvorum aliquatenus non excedat et
quod canna panni habeat in longitudine octo
palmos secundum consuetudinem thlis et si
alibi major vel minor inveniatur emptor
vel ipsa qui de ipso panno vult vestem
facere extimet eam secundum suum arbitrium
iuxta mensuram predictam super quo sua
conscientia remaneat onerata et quod dictus
pannus habeat in amplitudine quinque
palmos cum dimidio et si strictior fuerit
dictus pannus restrictio et extimatio possit
fieri pro rata panni et precij protaxati
Ita quod facta compensatione panni et precij
secundum amplitudinem et longitudinem
ipsius panni et vestis facte seu faciendi
de dicto panno nullatenus propter restrictionem
ipsius carioris habeatur nec super hoc fraus

aliqua Comitatur et si forte aliquis venditor
vel mercator pro remuneratione seu causa impensi
vel impendendi servitij gratiam emptori de dicto
pretio facere voluerit ille qui dictum panum
empturus est vel qui de ipso vult facere
vestes supradictos dictam gratiam non recipiat
nisi usque ad quod capitalis non accedat pretium
supradictum Preterea fuit ordinatum quod omnes
Magistri Licentiati baccallarij et scollares defferant
vestes suas usque ad pretium supradictum ubique
per Civitatem vel in Civitate et in conventibus
edifficijs dicte Civitatis extra hospicia
sua vel etiam aliorum undo infra hospicia
supradicta vel exterius extra ipsa usque ad
viginti hospicia de qualibet parte hospicij
sine domus ~~paternus~~ poterint quascumque vestes
habeant defferre dum tamen non vadant ultra
non transeant viginti hospicia supradicta ab
ista vero ordinatione excipiuntur Magistri in
Theologia et quicumque legat decretum in studio

supradicto Istis propter honorem scientie
vel lecture permittitur quod possint facere vel
defferre et quocumque pretio voluerint vestes
suas verum hoc quod est statutum de panis
et vestibus supradictis intelligitur et
vestibus quas supradicti faciunt ad defferendum
in escolis et per villam vz super tunicalle
clausum tunicam superiorem exceptis super
tunicalibus apertis gauchis et capucis
et tunicis qui et ~~...~~ quas poterit quilibz
ubicumqz extra actus scolasticos defferre
die qua extra domum proprium comederit
seu fuerit comesturus exceptis corsetis
sine manicijs vel cum manicis non
apparentibus et mutatis caligine et
birretis si vero aliquis equitando voluerit
ire per villam vel etiam extra villam causa
spaciendi vel alias tunc eundo et redeundo
vel ad hoc se disponendo poterit inducere
illam vestem quam voluerit vel defferre

Insuper etiam ordinatum quod Illi qui recipiunt
pannos vel vestes ab aliis sicut ab episcopis vel
prelatis vel ab aliis non studentes in studio —
Supradicto qui plures vestes ratione dignitatis
generis nobilitatis vel potentie dare seu mittere
Consueverunt illas possint deferre ubicumque
extra actus scolasticos fuerint constituti in
actibus vero scolasticis sicut in scolis
et in missa universi vel quocumque universitas
tanquam universitas vadat vel ubi congregetur
tunc deferrant et deferre teneantur de
panno et precio supradicto nisi forte ad —
dictam universitatem vel ad locum ubi erit
ipsa universitas venerit cum domino a quo
vestes recipiunt supradictas de vestibus
vero iam factis fuit statutum et ordinatum
quod Illi qui habent pannum vel vestes
suas quas iam fecerunt vel habuerunt vel
emerunt vel Illi qui ignorant istud —
statutum ement vel facient vestes suas

Antequam veniant ad studium supradictis illas
possint deferre et illis ubique uti tamen
tamen vero fraudem non commiserint in premissis
De doctoribus vero ac magistris nomine fuit
ordinatum quod si aliquis ad doctoratum vel
ad magistratum assumatur possit de quocumque
panno et de quocumque pretio voluerit facere
vestes suas vel etiam aliorum secundum
quod sibi videbitur faciens et si vestes
vel pannus dictarum vestium sit ultra
pretium supradictum illas poterit portare
et illi qui eas recipiunt ab eodem in die
in qua recipiens insignia doctoratus et
per unum mensem posthea immediate
subsequentem Postea vero dicto mense
elapso faciat seu deferat vestes de
supradicto pretio sicut est superius de
aliis doctoribus ordinatum De
Canonicis autem sancti Stephani et sancti
Saturnini et de monachis de Aurate et de

Cognitum fuit ordinatum quod infra septa dictarum
ecclesiarum monasteriorum prioratuum sive locorum
vel extra usque ad viginti hospitia licet sit
ubi universitas possint deferre habitum suum
vel vestes quas voluerint sive studeant in
dictis locis sive monasteriis vel in villa
ubicumque fuerint vel vadant cum conventu
vel collegio seu capitulo ecclesiarum monasteriorum
vel prioratuum predictorum hoc idem facere
possint in ecclesiis sive locis subditis
monasteriis sive vel ecclesiis hoc idem facere
poterunt canonici sancti Stephani in ecclesia
sancti Jacobi, et in domo episcopali vel si aliqui
ex ipsis irent causa predicationis vel alterius
officii ecclesiastici apud ecclesias seu capellas
de nazareno sancti bartholomei sancti Romani vel
ad alias capellas sive parrochias vel irent ad
dicta loca vel extra civitatem causa spaciendi
vel quocumque quandocumque ibunt per villam vel extra
et quitando idem poterit observari si aliqui

predictorum Erunt per villam vel alibi pro-
negotijs ecclesiasticis eorundem ecclesiarum
vel monasteriorum vel ratione dignitatum vel
beneficiorum eorundem vel etiam locorum
seu prioratuum predictorum de pannis
vero quos aliqui faciunt fieri in hospitis
suis vel alijs vel qui sunt in domibus
parentum suorum eorum facere vestes
predictas ad defferendum in scolis et per
villam illi qui dictos pannos faciunt fieri
vel illi qui recipiunt a dictis parentibus dictos
pannos dum tamen secundum iustum arbitrium
non excedant pretium supradictis nec hoc
faciant seu procurent fieri propter fraudem
si vero casu contingente aliquis ab
universitate absque fraude amiserit
vestem suam vel casu aliter rupta fuerit vel
destructa vel aliter notabiliter deturpata
in talli casu poterit aliam defferre quandiu

predicta defferre non poterit vel quousque aliam
fecerit de panno pretij supradicti et si forte
alicui pannus de terra sua missus fuerit
a parentibus suis qui pannus excedat pretium
supradictum illum non defferat nec de ipso faciat
vestem suam ad defferendum in stallis vel per
villam alias hoc facere poterit dum tamen non
veniat contra superius ordinata. Quia vero
pecunia sive moneta turonensis nunc currebilis
pro tempore posset mutari et ex mutatione
ipsius possent dubia exoriri ideo super
futuro ac possibili dubio ad removendum
omne dubium extitit ordinatum ac etiam
declaratum quod si dicta pecunia turonensis
seu moneta currebilis mutaretur quod
canna panni posset cum usque ad valorem
quem tempore statuti habebunt denarii turonensis
et tantum pannum de moneta pro tempore
currebili posset dari in canna panni
quantum valebat tunc tempore vel

tempore emptionis xx s. turon. vel xx s.
turon. et cugno sti Ludovici communiter
apud campsores remota penitus omni fraude
Itaque nichil fiat contra mentem illorum
qui pro communi utilitate dicte universitatis
sunt superius ordinata et quia in premissis
vel circa premissa multe possent fraudes
committi quas non oportet nec expedit
singulariter exprimi nec etiam recitari
Ideo fuit generaliter statutum prohibitum
et preceptum quod nullus predictorum in
emendo vel vendendo dando vel recipiendo
defferendo vestes predictas vel panum
sive pannos et quo vel de quibus faciant
dictas vestes comitans vel committi
faciant aliquam fraudem in prejudicium
statuti supradicti vel contra superius ordinata
in pannis vel vestibus supradictis sed
supradicta omnia et singula bona fide

Et absque omni fraude ab omnibus et singulis
Ex nunc inviolabiliter observetur et premissa
hunc statuti servare teneantur omnes supradicti
virtute prestiti juramenti et contra venientes
seu contra facientes vel jurare nolentes
tanquam rebelles ab omnibus evitentur
et ad majorem roboris firmitatem sigillum
universitatis presenti statuto duximus apponendum

rebelles fugiendi ab omnibus
fol. 49 vers. l. 16

Nomina vero doctorum et magistrorum que in
premissis statuendum et ordinandum presentes
fuerunt illa sunt que subsequuntur videlicet
dominus Geraldus de Lautrico doctor decretorum
dominus Martinus de Dolencomo doctor utriusque
juris Item dominus Guillelmus de Turre legum
doctor et dominus Guillermus de Cugno
dominus Petrus de Mortuomari dominus Petrus
de Pratis dominus Bernardus de Artigas dominus
Simon Bardini doctores legum Item
Magister Bernardus de Bindus magister Gerardus
de Borno et Magister Bernardus de Aleno

Magr in artibus Item Magr Guillelmus La
Caza Magr in Grammatica Et in artibus
Magr Johannes de Forga Magr Petrus
Durandi Magr in Grammatica Dnus
Bertrandus de Sancto Genesio Licen in utroq
Jure qui tunc temporis legebat pro dno
Guillermo de Montelladino doctore decretorum
Cum omnibus Istis Nos Bs de Turre
predictus doctor decretorum Ac rector studii
supradicti statuimus Et ordinavimus omnia
Et singula superius ordinata Et de
consilliariorum Consilio Notius Universitatis
Et Assensu vere premissa omnia Et
singula fuerunt facta ordinata Itaq
perpetuo de Cetero observetur hoc
Adjuncto Etiam Et retento, quod si prout pres
Ipsa Universitas cognosceret vel videret, quod
aliqua essent Addenda, corrigenda, declaranda
vel Etiam mutanda, hoc possit fieri de

fol solir et
sequ

Nº Universitas
potest mutare
et corrigere statutum

Consilio et voluntate dictae Universi
Non obstante super premissis praestito Juramento

Est sciendum quod omnia statuta superius
ordinata de principio usque ad Tricesimum
Statutum inclusive fuerant recta recitata
et publicata per nos predictum Bertrandum
de Turre Rectorem tunc studii supradicti anno
quo supra die sabbati post festum
translationis beati Benedicti in Capitulo fratrum
minorum Thol. in quo loco universi dicti studii
premissa indictione publice facta per scolas
sub virtute praestiti Juramenti de consilliariorum
Consilio fuerat congregata decem vero ultima
statuta supra immediate posita cum quibusdam
additionibus et declarationibus in primis
Triginta statutis factis fuerunt per nos
predictum Rectorem lecta et recitata et etiam
publicata anno quo supra die dominica in

1314 ut habetur 5 p. 105

Crastinum beate marie magdalene post missam
Universi in Capitulo fratrum predicatorum ubi sub
virtute iuramenti et modo quo debet fieri dicta
Universitas super premissis fuerat convocata
et etiam congregata que omnia et singula
superius scripta et dicta Universitati recitata
et publicata per ipsam Universitatem fuerunt
recepta et etiam approbata et postea
Crastinum in omnibus scolis seu singulis in
singulis doctores et magistros actu
legentes seu regentes et per scolares
seu auditores dictorum doctorum et per
Consiliarios et etiam baccallarios tunc
existentes fuerunt iurata et iure iurando
vallata ut omnia que per iuramentum seu
virtute iuramenti precipiuntur generaliter seu
specialiter sine singulariter observari et hoc
secundum
dictum formam in tricesimo octavo statuto
superius annotatam super quibus et

de quibus omnibus laudetur deus qui est super
omnia benedictus Amen

fol. 51 p 4 et seqq.

Anno 1324 vt patet in p 195.

Noverint Universi presentes Pariter et
futuri Quod facta generali Congregatione Universitatis
studii Thlam in Capitulo fratrum minorum
Thlis pulsata prius Campana dicti studii vt
est ~~maioris~~ moris Venerabilis et discretus
vir dominus adhemarius de Chammaco
prior et manensaco doctor decretorum ac
Rector Universitatis studii Thlam stans in
cathedra que est claustro domus predicte
ante Capitulum predictum dicit et proposuit
Idem dictus Rector in presentiarum ibidem
ad congregationem Congregatorum et Assistentium
in hunc modum qui sequitur Ne ex Ignorantia
prout hactenus extitit hesitatum circa
vestes bedellorum et banquerio maiori a
doctoribus in iure Canonico vel Civili vel

fol

Nota rector estans in cathedra

Magris In theologia si In posterum Creari
contingerit In studio Thlauo dauch dubitatio
oriatur statuimus et perpetuo volumus
observari ut si contingat quoquomodo
aliquem In studio thlauo recipere Insignia
Doctoratus seu magisterij In theologia vel
Iure Canonico vel Civili teneantur Cuilibet
bedellorum et banquerio maiori predictas
vestes dare Competentes decentes et
Completas ac Integras usque ad pretium
ex si thlauorum Cannam ad mensuram
thlauam et sufficienter foliatas sedm quod
Condictio temporis postulabit si autem
duo vel plures sunt simul et equalibus
sumptibus Communiter vel divisim vel
quocumque modo recipientes Insignia
supradicta quilibz vestes Integras predictorum
Cuilibz dare teneantur vel ad minus unus
vestes Integras et alijs quodquod fuerint

et in numero quantocumque cuilibet alibi sexaginta
solidi turonensis pro vestibus cuilibet predictorum
bedellorum et banquerio dare teneantur ita tamen
quod ut predictum est semper vestes habeant
integras quilibet ab aliquo vel ab omnibus
recipientibus insignia doctoris si autem sit
aliquis nobilis vel alius qui solus sit
principalis in festo suis sumptibus faciens
si ipse illa die sub se doctores unum vel
plures faciat vel eisdem det doctoralia
insignia tunc ipse qui festum faciet principaliter
teneatur cuilibet predictorum vestes facere
secundum modum et formam superius expressatos
Ceteri autem et singuli doctores actessorii
sive unus sive plures sint quantumcumque
sint teneantur singuli dare dictis bedellis
et banquerio et eorum cuilibet sexaginta solidi
turonensis et quod doctor qui eis ~~dicitur~~ debet dare
insignia supradicta nullatenus eis dare

Attemptet nisi doctorandi dicti bedellis et
banquerio secundum formam supradictam solverint vel
satisfacerint vel alias carnerint competenter
et predicta superius dicta et proposita dictus
dominus Rector dixit fuisse statuta et
ordinata per dominum Guillermum Durandi
doctorem decretorum ac rectorem tunc studij
thlauni de Voluntate Consilliarorum
dicti studij et plurium aliorum quare
Interrogavit universaliter in generali omnes
doctores baccallarios scolares ibidem in
dicta congregatione presentes et assistentes si
predicta superius apposita et statuta prout
supradictum est eis placebit et ita fieri
perpetuo et inviolabiliter observari
Volebant quinquidem doctores baccall
et scolares ibidem in dicta congregatione
presentes et assistentes universaliter et
generaliter dixerunt et responderunt quod sit

Itaque in predictis nullus apparuit ~~Conductor~~ contradictor

Nec qui in predictis se apponeret nec in aliquo

predictorum quibus actis dictus dominus rector et

bedelli dicti studii ibidem presentes vt Azimericus

Cappucii et Johannes Radulfi requisiverunt

me ~~aut~~ notis infrascriptis vt de predictis omnibus

et singulis retinerem et conficerem publicum

instrumentum seu publica instrumenta. Actum

f. 52 t. 22, fuit hoc Thlo in Caplo domus predicte

fratrum minorum die martis post festum

beate catherine virginis regnante Carollo

francorum rege et navarre et Johanne

Joannes Archi episc. Tolos. 1324 Archiepo thlano anno ab incarnatione

Dni millesimo CCC xxiiij huius rei sunt

testes venerabiles et discreti viri dnus

Gaillardus de Sabalhano et Bernardus

de Geussaco legum doctores Gilbertus

de Cantobrio et Gondisalmus boni hominis

doctor decretorum magister Geraldus boni hominis

magister in Gramatica et Bertrandus de Beralhol

Magister In artibus et In gramatica qui etiam
In predictis concesserunt et ego Petrus
de Ceso publicus tholose notarius qui requisitus
ut supradictum est hanc cartam recepi scripsi
pariter et signo solito signavi

Il y en a d'autres entre ceux de l'an 1328 p infra fol 219 et d'autres
p 227 de la mesme année 1328 et d'autres de l'an 1329 p 245
et d'autres en l'an 1374 p 253 et 1366 p 254, alia 1389 p 257

1407

fol 52 vers. Lio et seqq

In nomine domini Amen per hoc et alia 1390 p 228 et alia 1389 p 301 et 1340 p 363 et 1408 p 404 et 1404 p 408

Instrumentum publicum universis et singulis
patens evidenter quod clare religionis
profunde sciens viro domino Catardo
Aycardi professore decretorum egregio
Cancellario et magne circumspectionis viro
dno Johanne de Gaurano utriusque iuris
doctore excellentissimo ac reverendis
magris Petro de Petra Augustinorum Johanne
Gartie regente scolas sti Stephani Johanne
de Curtibus Minorum Gartie de Casacrio
predicatorum Petro de Grenis provisore sti

bernardi Cisterciensis ordinis Venedano Sandonis
Carmelitarum Magistris in sacra pagina insignitis
ac regentibus in scolis dictorum Conventuum
Ceterum honorabilibus et circumspectis
viris dominis thoma benedicti decretorum
priore Sti Anthonii thlem ycardo de Riperia
Legum doctoribus ac providis et discretis
viris Magistris Johanne de Campanca durando
La galdia in artibus dno Guillermo Ragaldi
in Grammatica magistris regentibus in
universitate venerabilis studii thlani et actu
Legentibus in eodem nobili petro de Rovilha
scolare in jure Canonico consilliare universis
Majorem et Saniorem partem regens dicte
universitatis ut dicerunt facientibus in
domo memorati domini Cancellarii sita infra
Septra ecclie thlane personaliter congregatis
volens et cupiens utilitati et statui universis
ante dicte et arca dampna et incomoda
infrata remedium salubre adhibere pro bono et

utilitate dicte Universitatis memorati dni
Cancellarius rectore et regente cum consilliario
antedicto disposuerunt statuerunt et ordinaverunt
et ordinantiam fecerunt et condiderunt in
hunc modum ¶ Statutis limitibus per
patres pristos ordinatis non discedere sacra
docet scriptura inquiens non pretergradiaris
terminos quos constituerunt patres tui modos
siquidem vivendi utendique rebus accomodatis
usibus hominum sic certo libramine
ponderarunt quod si quis ab eis per excessum
deffectumve deviare attemptaverit in ipsis
foribus patear aditus ad vicia ad
insolentias accessus prohibita ad inhonesta
et non tantum in ipsis rebus que ad victum
imo etiam que ad vestitum pertinent sue
considerationis oculos direxerunt ut vestibus
nimis pretiosis aut vilibus nullomodo uti
liceat ut per habitum vilem instruens nec
per habitus mollitiem mulieres iuvenemur

Sicut enim trutanni vitandi sunt quia viles
sic et qui preciosis nimis vestibus induuntur
Gr. Molles et tales teste Salvatore non
in scolis aut gignasiorum studijs sed in
domibus regum sunt eorum itaque qui
nobis formam vivendi reliquerunt vestigia
imitantes que sequuntur statuimus et ordinamus
si vero aliquantulum nostram prefixam
relaxamus non nostrum pro libito sequentes
sensuum facimus sed infirmus quibusque
condescendo

Et primo de precium panni quo
induantur tam scollares seculares baccallarij
licentiati cuiuscumque conditionis aut status
existant sequendo et exercendo actus
scolasticos et in studio presenti mora trahendo
non excedat pro canna summam xl s. turonensium
parvorum aut ad maius summam lvs
preh.

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Item quod vestes quibus ad huc in anthea utentur non sunt minima longitudine defformes sed tantummodo talaris non attingendo terram totalliter per duos digitos vel circa

Item quod si in amplitudine sive in fundo non sint superflue sed in rotunditate ex sex palmorum et ad majus xxviij° sint contente

Item quod manice circa manus latitudinem unus palmi a brachio non extendunt cum colleto decenti et honesto et non nimis alto sive longo

Item quod capucia sint honeste facta cum cornetis aut vegnis non nimia longitudine aut amplitudine inhoneste sed solum sine

Amplitudinis quatuor digitorum et longitudinis
quinque palmorum ad mazus

Item statuimus et ordinavimus quod nullus
defferat caliaguas sinialatas sine cum
soletis

Item in manicis sine colletis displicis non sit
aliquod inhonestum ut puta varietates colorum
aut aliquae frapaturae de rauro aut de
cirico facta sine platoni auri vel argenti

Item de lanifactis raupis statuimus et
ordinavimus quod quantum ad formam manicarum
et ipsarum vestium longitudinem ad statuum
jam superius pretaxatum reducantur infra
mensem

Et hoc sub pena excommunicationis inhabilitationis
ad gradum et quod non faciant cursus suos et

Nota conduntur statuta sub poena excommunicationis / f 34 ~~17~~
l. 20

et sub pena quod non presentabuntur ad gradus per doctores nec per cancellarium admittentur et sub pena prestiti Juramenti quod nullus regens talles habeat adnectere in scollis

Quequidem statuta superius inserta et ordinata Antedicti dni Cancellarius Rector et Regentes dicte Universitatis voluerunt preceperunt et mandaverunt de cetero de perpetuo inviolabiliter observari etiam retento quod si pro tempore universis cognosceret vel videret aliqua essent addenda, corrigenda, declaranda, vel etiam mutanda hoc possit fieri de consilio et voluntate dicte Universitatis de quibus omnibus et singulis premissis supradicti domini pro se et dicte Universitate petierunt et requisiverunt per me notarium publicum infrascriptum retineri ~~infrascriptum~~ instrumentum Acta fuerunt

Nota statuta mutari et corrigi possunt

Hec In dicta domo et In porticu posteriori dicte
domus Anno a nativitate dni millesimo CCCC
septimo die sabati Intitulata penultima
Mensis Julij Indictione xv Pontificatus
Sanctissimi In xpo patris et domini nri
dni benedicti Summa providentia Pape xiij
Anno Presentibus Magro petro micassij baccallario
In decretis Et domino Petro de Castro bazaco
pbro et pluribus et alijs testibus ad
premissa vocatis Et me Petro Cambrerij
Clerico publico Authoritate apostolica Imperiali
Dominorum de Capitulo thle notarij qui de
Premissis requisitus publicum retinui
Instrumentum

Nota Benedictus 13

Notarius authoritate apost. Imperiali, et dominorum de Capitulo

Et Ibidem supradictus dns Azcardus
Chatardz Cancellarius memoratus dicens se
ad Insinuationem notificationem et publicationem
et aliam executionem dicti statuti sive statutorum

vaccare non posse seu attendere ill. probitate
et sufficiens venerabilis et religiosi viri
domini Thome benedicti decretorum professoris
supra nominati confisus eundem dnm Thomam
ibidem presentem locumtenentem suum ad actus
premissos et alios ad ulteriorem executionem
dictorum statutorum necessarios et incumbentes fecit
constituit et ordinavit cum omni potestate
et mandato specialibus ad hoc necessariis
promitens se ratum gratum et firmum
perpetuo habiturum quidquid per ipsum
locumtenentem suum fuerit actuum promissum
Actum fuit hoc anno indictione et
pontificatus quibus supra et me
notario predicto requisitus instrumentum
recepi

fol 55 l 17 et seq. Postea vero anno indictione et
pontificatus quibus supra die vero secunda
1407 mensis Augusti noverint universi presentes

pariter et futuri de facta generali congregatione
Universitatis studij thlam in capitulo fratrum minorum
thlis pulsata prius campana dicti studij
ut est moris personaliter constituti videlicet
venerabilis et circumspectus vir dominus
Joannes el Gauraro utriusque juris professor
Nota utriusque juris professor
rector Universitatis studij thlam et venerabilis
et religiosus vir dominus thomas
N. rector aulae vice cancellarius ut el p. seq. el p. 208
benedicti decretorum doctor prior sancti Anthonij
Lezatensis actu legens et ut locum tenens
venerabilis ac magne religionis et sciens viri
domini Gaillardi Azcardi decretorum professoris
Cancellarius Audij Tholosani
egregij Cancellarij dicti studij thlam prout
constat superius de eius locum tenens mandato
unacum reverendissimi prelatis magistris in
sacra pagina doctoribus utriusque juris
et magistris utriusque artis regentibus
dicte Universitatis ac licentiis et consilliariis
dicte Universitatis quorum nomina et
cognomina inferius seriatim describuntur

viso lecto et percepto ad plenam dicti statuti
supra inserti tenore omnes et singuli
domini supra et infrati regens et consiliarij
dicte universitatis statutum predictum ratum
et gratum habentes nemine discrepante
illud a cetero tenendum et perpetuo
observandum promiserunt et iuraverunt
ad et super sancta quatuor dei evangelia
manibus suis dextris gratiis corporaliter tacta

Et primo idem dominus Johannes
de Gaurano rector et inde dominus
Thomas pro se ut regens et ut
locumtenens antedictus et subsequenter
omnes et singuli infrati unus post
alium per ordinem iuxta nomen personare
infratarum situationem quibus pactis
ibidem et incontinenti post cuiusdam
antiqui statuti superiori statuto
conformis publicationem lecturam factam
per magrum vitallem godonis bedellum

Rector ante locum tenentem cancellarij ut p. precedenti a 1208

dicte Universitatis Ne quis pretextu ignorantie
de premissis se valeret excusare dictum
statutum per me notarium infrascriptum supradictus
dominus Rector et voluntate consensu
aliorum dominorum publicari mandavit alta
voce et intelligibili taliter quod ad
audientiam cunctorum presentium ibidem valeret
pervenire Quod autem mandatum ego notarius
predictus existens in Cathedra quadam ante
capellum predictum compleui et statutum predictum
de verbo ad verbum recitavi legi et
publicavi alta voce in quibus statuti
editionem iuramentorum prestationem per
lectione et publicationem nullus apparuit
oppositor seu contradictor Nomina vero
prelatorum doctorum magistrorum licentiatorum
et consilliariorum qui in omnibus premissis
faciendis statuendis ordinandis presentes fuerunt
et qui iuraverunt illa sunt
qui sequuntur

Primo videlicet preffati domini
Johannes de Gaurano rector Thomas benedicti
locumtenens dni cancellarij reverendi pater dnus
Forensis dei gra abbas de Cadonio reverendi
magri petrus Aurelia magr in sacra pagina
ordinis sancti Augustini domini Johannes
de mans decretorum professor et prior
de Avrate Stephanus inquisitor heretice
pravitatis reverendi magri Johannes
Chamberti Petrus de Petra Augustinorum
Johannes Gratie Johannes de Curtibus
Arnaldus Roberti minorum Raymundus de
Salis Leuadamus Chaudonis Carmelitarum
Gratias de Casarerio Bernardus boli
Johannes de monte Mazrano predicatorum
Ludovicus de yrla minorum Raymundus de
Riperia Augustinorum conventuum Thlis
Magri in sacra pagina dnus ycardus de

Rector ante vice cancellarium et s. pros et rot.

Noli in quel ordre l'inquisiteur de la foy

Riperia Legum doctor magri Johannes de
Campanea Durandus Ragaldia in notibus
Guillelmus Rigaldi in Gramatica magri Regentes
et ordinarij dicte Universitatis Nobiles de
Da Malsina de muro Petrus de Romilha
Gerardus Sayditi Stephanus de Faurilhorys
consiliarij Jurati dicte Universitatis ducti
Arnaldus de Paullio in legibus licentiatus
Actu Legens in preffato studio pro dno
f 56 pfers. Lib Johannes de Franica Locumtenens et actu
Legens pro Reverendo patre dno Gurgone
Flandum Auditore sacri pallatij Johannes
Garnij Bernardus de Bursa callida Guillermus
Burtelh tam in legibus quam in decretis
Licentiatus nunc nobiles Johannes et Jacobus
de Montemaurino fratres Anthonius Pole
prepositus Johannes de Molendino priores
quatuor Collegiorum Chlis vz sancti Marcialis
Consiliarij quatuor Collegiorum
Pampellonensis Petragoricensis et Magnelonensis et
plures alij quibus Ita per Actis supradictis

dus Johannes de Gauriano Rector et magi-
vitallis Godonis Bedellus et scindicus dicte
universitatis Retierunt et requisiverunt per
me notz Infrascriptum sibi fieri et retineri
publicum Instrumentum Acta fuerunt hec Loco
Anno Indictione et pontificatus quibus
supra Presentibus In premissis magistro
1407 sub Pontif. Benedicti 13 Guillermo de Randeno baccalario In legibus
Dno Raymundo de Lortelo pbro et Raymundo
Dartus Clerico testibus ad premissa
vocatis et pluribus Aliis In premissis
presentibus

Ema Sacro Canone si destrueremus
1426 eaque per nostros Antecessores pridem fuere
statuta salubriter non constructores sed edsores
dici Juste possemus Testante Veritatis voca-
dicenti Omne Regnum In seipsum divisum
desolabitur et omnis scientia atque Lex

adversum se divisa destinatur et ordo pariter
ecclesiasticus confunditur si sua iurisdictio
non servetur Qua propter Nos Bernardus
miseratione divina Bazatensis episcopus doctorque
decretorum Arnaldus Roberti theologie sacre
professor Andreas Sancij et Bertrandus de
Clusello Canonicus et Elemosinarius ecclesie
metropolitane thlanensis decretorumque doctores
ac Regentes duo ex nobis ordinarie in
Universitate Venerabilis studij thlanensis in facultatibus
prelibatis Arbitrique Arbitratores et
Amicabiles compositores electi concorditer
per Almam nostram matrem Universitatem
preffatam et partium infrascriptarum expresso
consensu Ad decidendum et Amicabiliter
Concordandum debatum quoddam dudum
ortum inter venerabiles et discretos viros
Magistros Johannem Simonis et Michaelem
Bellayci magistros in notibus et in Gramatica
facultate Regentes in Universitate prefata ex-

fol 57 l 17
nota 2 Rasulturis
ep^us est doctor Regens

una parte et Rudonicum Cardona etiam
Magrum in artibus et in Logica facultate
Legentis partis ex altera super eo quod dictus
Cardona pretendebat legere posse gramaticam
sub colore quod minorum poterat legere
pristianum sub tenore statuti eiusdem universitatis
prefate quod incipit Noverint universi folio
octavo etiam absque licentia dictorum magrorum
in Grammatica regentium non obstante
quoddam alio statuto quod incipit Cum
ab ignorantibus folio xliiio verso quod non
et magris in Logica regentibus sed tantum
et pedagogis intelligendum asserebat
ipsa Cardona prefatus alijs duobus
Magris predictis Juvenis et Velhaci
asserentibus oppositum et ex adverso dudum
quod nec ipsa Cardonna nec quicumque
alius magr licentiatus seu baccallarius aut
etiam in artibus scolaris legere poterat

statuta noverint universi allegantur item fol. seq. 41

Grammaticam subdicti presciam minoris Colore
In Civitate neque suburbis Civitatis Rhet
sine eorum licentia petita et obtenta Nos
Igitur qui supra plene visis et intellectis
Inscriptis partis utriusque nobis tradictis
Rationibus Et motivis ad dei omnipotentis
honorem totiusque Civitatis virginisque
gloriosi Genitricis domini nostri Jhesu Christi
benedicti ac totius beatorum [illegible] ad
dicte Universitatis comodum perpetuum ad qui
decus ad utilitatem Etiam partium predictarum
proque bona pacis Et concordie perpetue
Inter eas ad certitudinem presentium Et
memoriam perpetuam futurorum declaramus
Et ordinamus pronuntiamus Et Etiam tenore
presentium presentibus partibus predictis Coram
nobis per modum qui sequitur arbitramur

Et Primo Inter Ipsas partes sit
Cetero prout etiam esse debet bona

pax et concordia et amicitia fraternalis
cessetque inter eas quo ad debatum huiusmodi
perpetuo materia prorsus litis

Secundo quod dictus aut eius socius
Cardona per se vel per alium ydoneum
et sufficientem in auditorio suo logicis
vulgariter appelato legat dictum
Prisciani minorem iuxta formam statuti
prefati quod incipit Convenit universi
secundum eius expositoribus libris atque
lecturis antedictis ac per questionem
artistarium scolam etiam adque approbatam
saltem alias minime reprobatis presertim in
universitate prefata et hoc iuramento suo
servare teneatur memoratus Cardona
tam pro se quam pro suo repetitore quam
ad hoc duxerit eligendum

Statuta Novarius universi allegantur ut in fol. cap. p. 2 vide s. p. 78

Tertio quod talis repetitor non

Incipiet legere prisciannum minorem predictis sub
prefato Cardona nec ullus docebit grammaticam
seu grammaticalia sub prefate lecture colore
donec et quousque domino Rectori dicte
universitatis solitum prestiterit Juramentum
cuius forma habetur in statuto quod incipit
Item quod nullus repetitor folio xxv° verso
in sua columna

Lectaris prestans Juramentum in manu Rectoris

Quarto Quod nullus de ipsis magistris in
Logica regentibus nec per se nec per alium leget
explicet aliquem de libris legi prohibitis
per alios quam per magistros regentes in
Gramatica qui libri sunt doctrinale
Ebrardus Alexandrus et prisciannus major de
quibus habetur in statuto applico quod
incipit Item cum secundum usum folio xxv°
verso in prima columpna et in statuto
applico quod incipit cum ab ignorantia folio

statuta Apostolica allegantur cela tesmoigne quilz estoient preuyers que ceulx ci, quoy quilz soient mis apres

eluyo verso in prima columpna nisi per-
pnes ab ipsis magris in Gramatica regen
petita licens spali obtenta qui per tenores
statutorum superius expressorum clare patet
quod universitas tempore quo dicta fuerunt
edicta statuta vz proinde ut confusio
vitaretur magros in prefatis duobus regen
Auditoriis Grammaticis et Logicis certis
libris designatis ubi legendis in eos
palam et publice in eorum separatis scolis
voluit contentari dicit Alibi Canon
Iniuriam michi facio si fratrum meorum
iura perturbo et Alibi honorem meum
esse non depputo ubi fratres meos
honorem suum perdere cognosco nec iuratas
que prestitimus de statuta servando
transgredi licet cum rationem
Concistant.

Postremo et quinto loco quod talis repetitor
aut quicumque alius cuiuscumque status aut
conditionis existat libros ceteros grammaticos
dictis quatuor duntaxat exceptis legere
possit libere civitatis suburbi thlauri proviso
tamen quod tales auditores ante omnia
auditorum sint scolares grammaticis tenebuntur
proffiteri et de sallariis cum magistris imbi
regentibus annuatim convenire ve sic fraudes
que per multos repetitores seu instructores
in grammatica possent circa hoc adhiberi
funditus evitentur nec detur iurgiorum
materia neque future litis statuta que
prestita minime per indirectum valeant
per aliquem violari sed unusquisque suis
terminis et facultate sua contentetur
nemini partem in expensis causa huiusmodi
condempnentes

Deinde quod perpenso quod magis solet tuneri quod
specialiter imperatur idcirco parti cuilibet

predictarum spaliter iniungimus precipimus
et mandamus Auctoritate potestatisque quibus supra
sub pena prestiti iuramenti privationisque
iurium per universitatem dictis duobus auditoriis
seu regentibus in eius quo tempore pridem
Concessorum admittimus ambe partes
gratis habeant aprobare laudare et
ratifficare et emologare premissa omnia et
singula et in nulla contraveniri presumant
audeant vel attemptent ullis temporibus
in futurum requirentes vos magistrum Johannem
Malhaserii notarium publicum quatenus et
premissis omnibus et singulis retineatis
publicum instrumentum vel etiam instrumenta quorum
unum in capsa universitatis cum ceteris perenniter
conservetur et hoc cuilibet si tam habere
copiam voluerit suis expensis in forma publica
faciatis Datum Thoro die xxiiii mensis aprilis
1426 Anno domini millesimo CCCC^mo vicesimo sexto

1328 ut patet
j p 227

In dei nomine amen Per hoc instrumentum
publicum universis et singulis patet evidenter
Quod magnae discretionis et scientiae viro venerabili ~~viro~~
domino Petro de Murinasio Canonico monasterii
Sancti Anthonii Viennensis decretorum doctori egregio
Rectori universitatis studii thlaui et aliis omnibus
doctoribus in nostris Canonici et Civilis legum
professoribus magistris in artibus et grammatica
actu legentibus in dicto studio thlauo necnon
consiliariis et baccallariis eiusdem universitatis
studii thlaui ad hoc vocatis et in simul
propter hoc congregatis ibidem cum eis
clericorum et scolariorum congregata
multitudine copiosa per prudentes viros
magistrum Johannem Radulfi et Azimericum
Capucii clericos bedellos et servitores eiusdem
universitatis dicti studii thlaui tradita ipsorum
supplicatio tenorem qui sequitur
continebat

Rector solus in congregatione praesidet

a bedelli sunt servitores universitatis

Supplicant humiliter Vobis
Venerabilibus dnis suis vestri servitores
bedelli quatuor cum inspectis hominibus
Augmentari propter multitudinem baccallar
In studio existens et aliis vaccare continue
habeam vro servitio et ideo Iuristens
circa alia nequeam nec procurare necessaria
ad vitam et de Sallario consueto eis
dari per studentes nequeant cum sua
familia substentari placeat de benignitate
et misericordia solita dictum sallarium
Ne augmentare quod quilibet Iurista scolaris
quatuor tolsan. Gramatici Artiste duos
ammatim eisdem pro Sallario solvere teneantur
Ne eum pro modica respectu dominorum et
magno ipsorum respectu locupletes servitores
erunt et ad honorem studii poterunt in suo
officio deservire qua tradicta ad que lecta
et audita cum diligentia et inspecta deliberatione

Bedelli sunt servitores universitatis

super ea et per ipsos dominos rectorem doctores
magistros consilliarios et baccallarios et alios
tunc presentes prehabita et tractatu sepius repitio
dicti domini rectoris doctoris magistri consilliarij
et baccallarij dicti studij tunc presentes dixerunt
1328 quod eis placebat contenta in dicta supplicatione
tanquam rationabili adimplere exhibentes
dictam supplicationem communitam ipsorum subscriptionibus
et sigillis per que constabat de ipsorum
~~comoda~~ omnimoda voluntate subsequenter in domo
fratrum predicatorum thlem in loco consueto
vz in cathedra que est in claustro dictorum
fratrum predicatorum dictus dominus petrus el
murinasio rector predictus constitutus
in presentia dicte universitatis dicti studij thlani
et mei notarii et testium subscriptorum
congregatis coram eo prius pulsata campana
dictis doctoribus magistris baccallarijs et
consilliis et scolaribus tam in legibus quam in

decretis et in gramatica et logica in dicto
claustro dictorum fratrum predicatorum dicen-
dum et mirimasio rector predictus quod voluntas
erat venerabilium dictorum dominorum doctorum
iuris canonici et civilis legum professorum
et magistrorum in artibus et gramatica
tunc legentibus in dicto studio thlamo meum
consilliariorum eiusdem universitatis studii
thlam contenta in dicta supplicatione tanquam
rationabili adimplere si universitas predicta
placebat ita vz quod quilibet iurista
scolaris soluat quatuor thologos grammatici
et artiste duos annuatim prout in dicta
supplicatione continebatur quinquidem doctores
et magistri et consilliarii baccallarii et
scolares et tota universitas qui ibi
putem erant dixerunt et responderunt
dicto domino rectori et ~~ante dicta~~ audita supplicatione

Placet nobis et volumus fieri et compleri ea
que in dicta supplicatione continetur doctores
vero magistri et baccalarij ac scolares qui in dicti
supplicationi subscripserant et eandem eorum
sigillis impendentibus sigillaverunt isti sunt
quorum nomina subsequuntur vz petrus
de murnasio rector dicti studij et universitatis
predictis dominus adhemarius de chaunac dominus
gaillardus de bedac dominus bonifficius de
falgaro dominus bernardus de juliano dominus
raymundus bernardi de fonte caprario doctores
decretorum dominus radulphus la fyxyra dominus
arnaldus de fuxo consilliarius dominus
johannes de truitio dominus raymundus fabri
dominus petrus de taliata dominus raymundus
de sancto michaele doctores legum magister
hugo cellerij consilliarius magister ~~[illegible]~~ bartholomeus
flexerij magister gerardus bonihominis magister
petrus de baruto consilliarius magister

bertrandus de berulh quorum duo primi
sunt magri in Artibus et alij duo in
Grammatica. Et magr bertrandus Andoynus
de nouauilla magr in Gramatica et in
Artibus Guillermus de Tineria Guillermus de
blanna Altandus Alamannus Jordanus de
Palatirio Consiliarij dicti studij et
Universitatis predicte Reuerendus pater in xpo
dnus Rodericus Abbas Gall oleti Reuerendus
in xpo pater dominus Bellenparius Abbas
monasterij sancti michaelis de fleuiton Robertus
de fuco Petrus Raymundi de Astarac
Gaillardus de durforti Moncassinus de
gaillarda Stephanus de Aphione bernardus
hugone de Cardelhac Gaillardus de
fargis Rostanus de Laudimo Pontius de
Gordono Petrus de Cazetis Raymundus
Amelij de pena Johannes de pratis Sicardus

de monte alto Gerardus de prestinio Bertrandus
de Podio et Petrus de Spons licens in legibus
Blasius de Lima Bernardus de Turri Petrus
Andree Isti sunt doctores magri consilliarij et
baccallarij et nobiles qui se dicte supplicationi
subscripserant et eorum sigilla impendentes
sigillaverant prout in dicta supplicatione
ibidem obstensa videbatur Postque ibidem
dicti Johannes Radulfi et Aymericus Caputij
bedelli et servitores dicti studij pro se et
eorum successoribus requisiverunt me notarium
infrascriptum ut ex meo officio de predicta presentatione
dicte supplicationis et responsione eiusdem
contentis in eadem omnibus et singulis
supradictis eis publicum conficerem et
redderem instrumentum hoc sine factum et
Ita ordinatum Thlo in dicto claustro doctorum
fratrum predicatorum Thlo per predictos
Doctores Magros baccallarios Consilliarios

Et alios nobiles et per alios scolares
totius universitatis dicti studij thoulosani septima
die introitus mensis Julij regnante Philippo
rege francorum Guillermo archiepo thlanorum anno
1328 ab incarnatione dni millesimo CCC xxviij huius rei
sunt testes Raymundus de Nazareto et
frater Arnaldus mancipij frater stephanus
bartani ordinis doctorum fratrum predicatorum
thlesis hugo de capelis dnus Aymerius de
Serra camerarius fagiacy magr vitalis
Verrolhi licens in legibus et Johannes de
Lauedano publicus notarius thlesis est
de toto testis et ad totum pnsis fuit
et cartam scripsit et signo suo solito
signavit

Ex ma ratione ac iuris ordo postulat
quod actus tangens universitatis vocatis ac

simul congregatis illis qui evocandi fuerunt
maturo consilio et deliberatione premissa
tractentur et ordinentur Idcirco Anno dni
millesimo CCC° xxviii° existente rectore magro
1328 Rector solus sine Cancellario
Bartholomeo Fliarij magro in artibus fuit per
eum et doctores magros et consiliarios infrascriptos
concessum et ordinatum quod de cetero nullus
doctor magrorum vel consilliariorum sit ausus
sigillare aliquam literam vel sedulam per se
ad partem super actibus predictis tangentibus
universis sed quod rector super predictis habeat
vocare omnes doctores magros et consilliarios
ad certam diem et horam et tunc cum
consensu majoris partis petita deneget
vel concedat

Item quia secundum ~~quia~~ beatum Augustinum
donare res suas ~~nimis~~ nimis et joculatoribus
seu instrionibus vicium immane est et non
virtus est laudatur per eos peccator in

Anime sue et qui iniqua eligerit benedicitur
et qui dant talibus non attendunt naturam
operis dei sed nequitiam operis humani nam si
homines tantum essent minimi vero non essent
nec eis donarent et sic honorarent in eis
vicium non naturam fuit tunc actum et
ordinatum quod nullus enim assumitur
ad honorem doctoratus vel magisterij vel
licensi vel baccallariatus audeat per se
vel per alium dare pecuniam vel vestes
personis supradictis die qua sic assumetur
ante vel post nec alia occasione quacumque
quandiu in studio trahet moram nisi licensi
spali obtenta de rectore studij qui rector
dare non possit nisi vocatis doctoribus
magistris et consilliarijs et de consensu
eorundem omnium et singulorum qui super
predictis deliberare et concedere habeant
sub iuramento prout magis eis videbitur
expedire

Item quod nullus alius quam ille qui festum celebrare intendit ab universitate studii presentetur per se vel per alium cuiuscumque conditionis existat de et super predictis pro utilitate ~~mimorum et histriorum~~ ~~mimorum et histriorum~~ predictis quomodo audeat supplicare nec petere nec aliqua impetrare

Item quamvis absurdum extitit ut quis cum voluntate et impericia ascendat ad honorem peritie literarum et quia aliqui imperfectionem sciens vidunt perficere ut videatur tubarum et expensarum superfluitate fuit tunc temporis ordinatum quod nullus licentiandus sit ausus facere convivium aliqualle nisi tantum si voluerit usque ad minorum viginti studentium quorum socios et scutiferos

ad eorum expensis et sumptus ordinatos
si habeat et bedellos et banqueriis includere
non intendimus in premissis

Item quod nullus sit ausus habere in
sua licentia ultra duo paria tubarum cum
uno tamboreto qui in eundo ad ecclesiam et
redeundo ad hospicium tantum possit secum
habere quibus tubicinatoribus et
tamborello dare pecuniam tantum valeat
et non vestis prout conventum fuerit
inter eos

Item quod nullus baccallariandus titullarius
seu libri incepto in jure canonico vel
civili sit ausus incedere cum tubis nec
facere communum quantumcumque minimum
existat exceptis seijs propij hospitij si
voluerit et etiam duodecim studentes bedellis
et banqueriis non exclusis

baccalarius
titularius

Item quod bedelli et banquerij prelibati ante baccalariandum incedant cum coffis suis in capitibus et cirotechis in eundo ad scolas et redeundo

Item quod nullus doctor vel magistrorum actu legens sit ausus ire per villam cum baccallariando rogando aliquos cuiuscumque conditionis existant quod honorij baccalariandi velint interesse

Item fuit ordinatum quod nullus doctor vel magistrorum sit ausus facere communem magnum vel parvum in principio vel in fine lecture sue sed quod in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus laudes suo creatori reddat qui sua pietate cum honore ad finem oblatum perducere amen

Item statuimus quod pro principio lectorum

In Theologia et doctorum in decretis non vacentur pro eorum principio nisi dumtaxat in tertijs ~~Interris~~ vel illa hora que inceperit et quia interdum doctores in iure canonico et civili ut plurimum eis respondent hinc addidimus statuto quod nec illa die nec alia ratione responsionis cum eisdem comedere audeat nec aliquomodo remanere

Item statuimus quod etiam nullus doctor habeat crastinam nisi solempne fecerit festum et ordinarie legere intendat quod tunc nullam crastinam habeat si in crastinum festum aliquod occurrat

1o Et si festum fecerit vel legere ordinarie intendat

Item quod nullus baccallarius in domibus proprijs tempore vacationis indicte sit ausus legere cum per predicta satis eis sit provisum aliter ad privationem gradus eis debite procedetur

Item cum secundum usum et consuetudinem
studij Thlani et Magistrorum tam in Artibus quam
in Gramatica sint pro lectura totius anni
tam ordinarijs quam extraordinarijs certi libri
ordinati et de artistis tantum est in statutis
et etiam Gramaticis in hyeme legere
debeant de mane post determinationem sui proverbij
cum questionibus prescianum maiorem et
immediate posthea de doctrinali et de Alexandro
et post concestione post declinationem puerorum
faciendi per baccallarium principallem et
repetitionem lectionum habeant dicti magistri
in Gramatica tempore hyemali in nostris novis
legere de Hebrardo de historijs Alexandri
et hymnis de metrificatura in horis
et temporibus per eos ordinatis et
consuetis et in vaccationibus nativitatis
domini habeant legere predicti magistri actores
et compotum manualem et in estate loco

prisciam maioris de mane legant de
regimine et de constructione Posthea
unam lectionem doctrinalis de declinationibus
a principio inchoando et continuando a
principio Alexandri et continuare habeant
de cetero lectionem hebrardi sic quod
hebrardus finitus sic devoluto toto hyemis
tempore et estate statuimus quod nullus
licens baccallarius repetitor scolaris sit
ausus concurrere in scollis nec extra
scolas in libris nec in hora cum magistris
in artibus nec in gramatica nec eorum
baccall principallibus in libris qui in
statutis alijs quantum ad artistas
expressati sunt nec cum magistris in
grammatica nec eorum principallibus
Ita pariter sint ausi concurrere in hora
neque in libris hic expressatis nec in
scollis nec extra nec hyeme nec estate

Et hoc servare teneantur sub virtute prestiti
Juramenti et nisi omnibus Congregatis hoc
Rector dispensare nequeat Juro Impediatur
uno contradicente

Item Quod nullus repetitor nec scolaris
In artibus nec In grammatica sit ausus
tenere Cameram nec procurare sibi socios ultra
duos nisi In manu sui magistri sacrosanctis
dei Evangeliis Corporaliter a se tactis
Juraverit per Integrum tenere servare statuta
Universitatis et Mandatum Rectoris quandiu erit
In studio Antedicto et si aliquis In generali
vel speciali per suum magistrum fuerit requisitus
et parere noluerit magistro et scolaribus
tanquam rebellis vitetur et nichilominus
nuntietur Rectori studii per quem Rectorem
contra talem procedentur ut fuerit rationis

Nº praestatur Juramentum nulla facta mentione superioris

Nomina Vero doctorum et Magistrorum qui In
Commissis statuendis et ordinandis presentes

fuerunt sunt illa que sequuntur Vz dnus
Raymundus Bernardi de fonte capiria doctor
utriusque iuris dnus Adhemarius de chamaco
doctor decretorum dnus bonifacius de falgario
doctor decretorum dominus Arnaudus de fuco
dnus Johes de tonito dnus petrus Malliata
dnus Raymundus fabri doctores legum magr
hugo Cellerij magr in artibus magr
Guillermus bonhominis magr petrus
de banto magri in grammatica magister
bertrandus de bernholis magister in
gramatica et in artibus

Nota hic nulli
ederant magistri
Theol. et ty balem
statuta

Item considerantes quod nulli nobiles
et potentes cum insignia assumunt doctoratus
sub eisdem vel eodem festo multij alij eadem
hora gaudent honore et contingit birretis
insulis insigniri banquerijqz universis nre
studij thlani qui nris et baccallariorum ac
etiam scolarium insudant servitijs quibus

a doctore in laborum retributionem de panno
nono ut exinde super tunicalle quibus ~~supra~~
sibi facere fieri valeat conferri est consuetum
Possitque utrum a quolibet qui sub eodem
vel eadem hora recipit doctoratum prefati
banquerij super tunicali habere debeat hesitari
Idcirco universitas in simul congregata
Campana pulsata ut fieri moris est de
universorum consensu duximus ordinandum
ut amplius super hijs in futurum non
valeat dubitari quod quolibet modo prefatus doctoratus
ratione super tunicalis xx^ti^ sex turonis cuilibet
banquerio solvere teneantur cum illud ad
omne non debeat imputari et cum satis
oneribus suportentur et quia sepe contingit
quosdam eadem insignia in domo cancellarij
thlam clam recipere doctoratus statuimus
etiam et ordinavimus quod talles cuilibet
banquerio quantitatem prefatam solvere
teneantur

238

Cum secundum sententiam sapientis personae
quae debent honorari ubi honor debitus
non impeditur graviter ferant et maxime
molestentur Nos Rollandus de Moyssiaco
Cancellarius thlaus. Et nos Petrus de
tailliata doctor legum ac rector studii
thlaus. relatio et querella coram nobis
propositis per venerabiles viros magrum
Hugonem Cellerii et magrum Bartholomeum
Flexerii magros in artibus actu legentes
in studio thlaus. in artium facultate et
magrum Guillermum Bonihomme et magrum
Petrum de Bacuta magros in gramatica
et magrum Bertrandum de Verniolis magrum
in gramatica et in artibus actu legentes
in gramatice facultate intelligimus quod
licentiam in artibus et in gramatica ad magrum
promovendum in suis solempnibus principiis

1329 et 1 pater
p 245
Cancellarius
et rector

Auaricia suadente que radix est omnis malli
non attendentes ad erudicionem quam a suis magistris
primitiuis et longinquis temporibus
habuerunt nec labores grauissimos quos
pro promossione eorum magistri presentantes
habent pro re tam ardua substinere cum
mediante labore sui magistri licet sint non
recordantes et documento morali accepti
beneficij memor esto occasione nulla vel
modica principium suum sub magistro extraneo
facere non formidant imo quod maxime est
vituperabile ac dampnosum non verentur
sic magistros suos induere et pauno sic
vile quod statum magistri non decere nec
ipsi et tali se induerent si per eos bursa
propria emeretur pelles tritas et
veteres sic tradentes quod status magistri
amplius recipit vituperium quam honorem
Quocirca cum mercede sit dignus mercenarius

Nos Cancell. et Rector supradicti volentes
unicuique iuxta quantitatem et qualitatem
laboris condigna premia respondere una
cum consensu doctorum et consilliarorum et
magistrorum ordinamus et statuimus cum
deliberatione et diligentia que debetur
in talibus adhiberi et de cetero licentiatus
vel licentiandus tam in artibus quam in
gramatica sit ausus suum solempne
principium facere nisi suo magistro sub quo
licentiatus extitit extitit nisi magistri
per magistrandum certificatas et requisitus
dare respueret insignia magistratus eidem
magistro nisi iusta causa interveniente et
qua nos cognoscere haberemus ubi tamen
proprius magister hoc facere respueret
licentiatus alterum magistrum possit eligere
sub quo incipiat pro libito voluntatis et
tunc illi magistro sub quo incipiet sine

diminutione quacumque in die sui principij
dabit rampam integram scilicet cappam vel
manticam longam cum caputio ad electionem
magistri presentantis et super tunicalle cum
caputio et tunicam tam de eodem panno scilicet
de panno francie sic quod canna dicti panni
equipollat quindecim solidos tholosanos cum
flore et cum folraturis nonis et varijs
grossis in caputio mantice vel cappe
nullo adiecto pretio et cum folraturis
tunicullorum in mantica vel in cappa et
cum folraturis agnorum insuper tunicalli
et in caputio super tunicali competentes et
hec omnia teneantur de cetero magistri
presentantes recipere et promovendi dare
et persolvere teneantur per hunc prius
sub virtute proprij iuramenti a quibus magistris
presentatibus remissionis cuiuslibet potentiam
penitus amputamus

Insuper cum nobis constet relatione
predictorum magrorum et aliorum ~~fidem~~ fide
dignarum plurium personarum quod scollares
ad statuum baccallarij accedentes contra
magros suos aliquas fraudes facere non
aborrerent et specialiter in iocalibus consuetis
dari in ecclesia de tauro vel in scollis vel
in loco ubi de questione magro respondebant
secundum quod est moris non attendentes
principium et fundamentum quod ab eis
in scientia et moribus habuerunt nec attendentes
ad labores quos pro eis sustinent et
ordinando et disponendo necessaria promotio
~~etiam~~ eorum scilicet dando eis iocalia que potius
sunt pro pastoribus vel veterculis quam
pro bonis hominibus vel magris et etiam
ut memorare possent iocalia dari consueta
magris ensuerunt plures in magrorum

vituperium et preiudicium bini terni et quaterni
quam plures respondere ut unius localibus
omnes possent evadere et transire et cum
eisdem magistris perquisiverunt frequenter
peccatum facere quod est nefas audire et
si hoc non possent cum magistro proprio facere
aliqui ingratitudinis vitium non verentes
frequenter sub magistris extraneis respondebant

Quocirca Nos predictus Cancellarius
thlamensis et rector studii prelibati cupientes
pro viribus honorem et statum magistri
observare de consensu dictorum magistrorum
et consilliarorum statuimus quod nullus
magister habeat amodo aliquem scolarem
cuiuscumque conditionis existens ad
baccalaureatus statum promovere nisi prius
prestito iuramento coram rectore ut moris
est sub cuius virtute teneantur dare

Et baccalarii iuram
in manibus rectoris
et notes que c'est
le chancelier qui
l'ordonne avec le recteur

magro suo cui respondent pro Jocalibus
consuetis Calligas de panno francie
competenti et Jonam et Carnerium sine
bursam de bono serico et unum par gladiorum
et cum emuntur Ista Jocalia taliter
compensentur quod omnia Jocalia simul
equipolent quindecim solidos tol cum flore
et si contingeret quod plures vellent
simul esse baccallarij vel ad ~~prandium~~ prandendum
multis convivijs vel alijs de causis
quilibet illorum de novo respondentium
per integrum solvat et faciat de
predictis Jocalibus ac si divisum et
singulariter respondere que magr non
poterit remittere alicui nec in toto nec in
parte imo a quolibet per integrum recipiet
sub virtute eiusdem prestiti inpti omnia
Jocalia antedicta nisi in potentia esset

de qua fidem baccalariandus teneatur facere
per proprium juramentum et hoc studii statutum cum
hoc primo precedenti quod incipit cum secundum
sententiam ordinatum iiii° kl. Junii Anno
1329 Incarnationis domini millesimo CCC xxx° quo sub
juramento volumus tam per magistros quam per
magistrandos et scolares et baccallarios
et licentiatos tam in artibus quam in
grammatica sive licentiandos non committendo
fraudem aliquam per quam statuta hec
possent presentia infringi seu ~~anichilari~~ annullari
immolabiliter observari Quare nos
Rollandus de Moyssiaco Cancellarius
Cancellarius Tolosanus Thlaurus et nos petrus de Tailhiata
Rector studii Tholosani doctor legum rector studii Thlaurus predicti
sigilla quibus ~~fungimur~~ fungimur in hac parte
impendenti istis statutis apposuimus
in testimonium premissorum ut observentur

Et cum statutis Universitatis scribantur quandocumque predictis magistris dictarum facultatum visum fuerit expedire

Datum Et Incarnationis quibus supra est adiecte 1329 en l'autre p. de ce mesme feuillet

Quoniam nonnulli Generis humilitate demissi se verbotenus interdum sanguinis nobilitas insignivit Et ambitionis ventositate honoris titulos magis quam meritis appetentes dum eos gradus baccallariatus assendere contingit vacationem interdum pro tota die sepe pro hora tertie predicte iactitate nobilitatis pretextu importunum petere seu per alios peti facere non ~~[illegible]~~ verentur licet hii quos Generis venustas exornat simplicitatis et modestie ceteris esse debeat exemplar

proprie etiam laudis signum sit efferens
preconia contradictum sapientis cunctumque
prelationis sic indignos constituimus vagandi
seu ut loquimur verius vagandi
et insolencij prebentes occasionem pauperibus
scolasticis quietem lacrimosam preparans
studium et universe nostram thlamam in
infamiam quod tristi gerimus venire
facimus non modicam et contemptum et
quia inter omnes totius orbis fama gla
possessionem pollebat nisi iste
occurreremus ut tunc nimis verisimiliter
preclare opinionis quod absit prodigalitatem
incurrens Nos igitur Guillermus Valensis
magister in Gramatica Rector venerabilis
universitatis studij thlam de consensu et
expressa voluntate venerabilium dominorum
doctorum magistrorum et consiliariorum pulsata
campana ut moris est congregati in capitulo
fratrum minorum statum decorem universe

Rector solus sine Cancellario

predictis conservare et iuxta nobis possibile
augere volentes premissorum occasione pro
hinc dicimus statuendo quod amodo pro
principio alicuius baccallarii in iure
canonico vel civili directe vel indirecte
quacumque occasione vel causa hora tertia
vel alia hora vel oris in studio thlaun
non inducantur vacatio quoquomodo
nec ut aliquorum fraudibus obviemus et
facta vocetur aliqua die vel hora
ratione premissa in studio memorato sed
quod baccallariandus tali hora et tempore
incipiat quod hora tertia doctoribus
decretum legentur et alijs libere ex
integro remaneant ad legendum et sic et
alijs sequentibus horis fiat quas nullomodo ex
causis predictis predictis abreviari volumus
imo prohibemus expresse sane quoniam in

viris nobilibus et generosis quam maxime
universis decoratur et aspectus dignum
arbitramur. Nos etiam singulis horam
prerogativa letari hinc est quod statuimus
quod si fuerit aliquis in studio thlauo qui
habitu sede et facultatibus nobilium meruerit
consortium et ut nobilis fuerit quamdiu
in studio steterit notorie reputatus die
qua baccallariabitur per rectorem qui est
vel erit pro tempore vocatis spaliter ad
hec doctoribus et magistris et consilliariis
et de omni consensu duarum partium
in consilio dum de istis tractabitur
puncturum tertio in aliquo non obstante
dari possit et concedi vaccatio pro hora
tertie sollum et dum taxa juramento prius
per baccallariandum prestito quod horas
alias post vel alium anticipare minime
procurabit sed quia ut hactenus factum

cognoscimus possent de facto nonnulli omni robore
post penitus facte nobilitatis occasione et
ipsum violare et fraudare statutum —
Adducimus quod talis etiam ut premissum
est nobilis vacaturam non habeam nisi
in cappam condecentem statui doctorali
donaverit doctori cum in suo principio
auditorum duxerit proffitendum ut per statum
huiusmodi plurium presumptuosa et inverecundia
supplicatio saltem ex hoc quod capam doctori
suo dare habeam refrenet et vacaturum
materia sic bono omnium universe
dampnosa futuri cultet temporibus
a nostro studio thlaurio statum autem huiusmodi
a cunctis servari volumus sub virtute
iure prestiti iuramenti baccalariandi etiam
iurabunt in rectoris manibus vacaturam
aliquem non petere seu peti facere per
alios nec horas perturbare per campanam

baccalarij iuram in manu rectoris

vel alias et non venire contra tenorem
ordinationis presentis

1374 1 p 252

Corpus Misticum optime regulatur cum
inveniatur naturali et veritati conforme
Veruntamen Quia nos Azcardus de Guimballo
decretorum doctor Cancellarius studii Thlam
et Guillelmus Vaysseris magister in Gramatica
rector eiusdem studii intelleximus aliqualem
deffensionem inter nonnullos magistros in sacra
theologia de emolumento seu vestibus
debitis seu potius gratiosa dandis per
magistrandos in sacra theologia aut
vigore statuti nuper edicti quamvis ut
dictum est esset gratiosum dare banquerias
magistrorum insignia et conferentium ultra emolumentum
aliis dari consuetum vel statutum in quo statuto
nuper facto ita continetur

Cancellarius studii Tholosani male, debuit dicere Cancellarius Tolosanus, et est aussi le seul lieu ou ceste appellation se trouve, fait la haut p.

Item statuimus quod magistrandi in sacra

theologia cuilibz duorum bedellorum et bancario
majori ac bancarium magistri sui vel auditori quod
auditorum magister qui dabit insignia profitebitur
et non sit nec fuerit regens cathedram
aliquantum datur in favorem magistrantes
tantum pluere teneantur quam faciunt
iuriste doctorandi scilicet vestes condescendentes
et integras foliatas secundum conditionem
temporis vel si non dent vestes det eis
quilibz predictis sex francos auri idcirco
nos cancellarius et rector predictus qui
fecimus super hoc vocari per bedellos
magistros in theologia doctores utriusque
iuris artis regentes consiliarios iuris
canonici et civilis tracta campana ut est
moris et consilio predictus concorditer statutum
predictum sic duximus declarandum et in
veritate interpretandum quoad factum

ban banquariorum magrorum insignia conferentium
vz quod statutum a modo observetur et perpetuo
teneatur ita vz quod prout gratiose sic et
observatur quo ad banquarios inquistarium
doctorum insignia conferentium per omnia ita
fiat et observetur quo ad banquarios theologie
magrorum insignia conferentium et quia illi qui
non fuerunt nec sunt regentes non possunt
pretendere bancarium se habere declaramus
et precipimus quod banquarium alicuius
scolle sibi et magrando magis idonei
eligant et profiteantur in actu predicto et
illum banquarium gaudere volumus dictis
vestibus vel emolumento predicto nostram
autem declarationem volumus et mandamus
sigilli cancellarij et studij predicti sigillari
ad majorem et perpetuam roboris firmitatem

Datum in domo dicti dni cancellarij sexta die
mensis aprilis anno dni millesimo CCC° septuagesimo
quarto

1374 / 1 Eu
soul doncq posterieurs
cecy suivans

Statuta antiqua Theologie facta tempore Aymelij de Lautrico Cancellarij Venerabilis studij Thlani

In nomine domini amen Nomine
Universi Anno natiuitate eiusdem millio
1366 CCC^mo^ LXVI° Indictione quarta die xx^a^
mensis decembris Pontificatus Sanctissimi in
Urbanus 5. Christo patris et domini nostri domini Urbani
Diuina prouidentia pape quinti Anno quarto
In mei notarij et testium infrascriptorum ad hoc
vocatorum et rogatorum presentia generalli
congregatione mandato per bedellos studij Thlani
ut ibi dictum fuit Campana pulsata
ut est moris dicti studij et ut in
talibus est fieri consuetum Conuocatique
et congregati pariter ad infrascripta peragenda
ut principaliores de corpore dicti studij
quod se ipsis et aliis absentibus in
Capitulo Claustri domus seu Ecclesie

fratrum minorum thlem videlicet venerabilis
et circumspecti viri domini Aymellus de
Lautrico Cancellarius thlanus decretorum
Astorgius de Gailhac rector universi dicti
studij thlani legum excelentissimi professores
venerabiles ac religiosi viri fratres
Arnaldus de Seriano minister provincie
Aquitanie ordinis minorum Bernardus
Barrani franciscus de ~~frab~~ fabrica petrus
de Dorasio eiusdem ordinis minorum Vilheti
ordinis Carmelitarum Bernardus tholosani
bartholomeus de Riperia bertrandus de
meleto ordinis predictorum Petrus dominici
Provincialis ordinis Augustinorum et
eminentum thlem magistri in sacra Theologia
virique venerabiles et discreti domini
Petrus Mercerij decretorum Raymundus de
Sabaniac legum doctores magistri Johannes
de furno in Artibus Johannes Jabiolli
Stephanus Albareti in Gramatica magistri nobiles

Cancellarius ~~et~~ Tolo ~~rector~~ Rector universi studij thi

Et discreti viri Robertus de Villamuro Aymericus
Rigaldi In legibus baccallarij dicte Universitatis
Consilliarij ac dnus Johannes de Tilhia
Licen In legibus eiusdem Universitatis scindicus
palam et publice In dicto Caplo et alta
voce publicari Mandarunt et fecerunt
per discretum virum magrum Guillelmum Rubei
bedellum dicti studij statuta que sequuntur

Ad laudem dei et Virginis marie
Ad conservationem venerabilis studij Thlam fuere
facta statuta super facultate theologie
que sequuntur Additiones vero istis
statutis apposite fuerunt prefatis statutis
addita il volluntate ordinationeque et
consensu Rmi In Xpo patris domini
Aycardi de Gumballo cancellarij Thlam
decretorum doctoris et etiam totius Universitatis

dno petro raimundi de podio buscano Magistro
Rectore Anno dni millesimo CCCmo octuagesimo
1384 nono

Quibus Theologi habeant
prestare Juramentum

Item Statuimus quod Theologi
baccallariandi licentiandi magistrandi habeant
Jurare in manibus dominorum Cancellarij et
Rectoris sicut faciunt Jurisse ~~bl~~ biblici
Autem in manibus dni Rectoris prout
titulariandi in jure voluminis tamen quod
Religiosi ostendant licentiam sui prelati vel
alterius superioris

2 Item Statuimus quod Magistrandi in
sacra Theologia ante receptionem Magisterij
sui ac solempnis principij habeat ~~habere~~ facere

vesperias suas in loco ubi magi suas
duxerit ordinandum et ante vesperos ac diebus
legibilibus tempore a quadragesimali et
adventus de mane tunc vero vacet solum
facultas theologie sicque magi qui tenebit
Cathedram legat illa die et alij non in
qua lectione omnes baccallarij et inferiores
graduati teneantur interesse ullus
autem in vesperis respondeat nisi in theologia
fuerit graduatus nec in magisterio nisi
baccallarius formatus fuerit que tunc
formatum dicimus ad hoc f cum secundum
sententiarum principium fecerit ipse
universe modo et ordine consuetis si
autem huiusmodi graduati comode haberi
non possent alij graduati legentes
sententias in hoc casu iuxta conscientiam
et ordinationem magi valeant respondere
sed quo ad responsionem magisterij si non

habeant foratum recipiant alios cum licentia
domini cancellarij et etiam voluntate

Summa resumpta et determinationibus

Item statuimus quod pro resumpta magistri
novi qui etiam facere voluerit vacetur hora
vesperorum dumtaxat et quod campanae
possit anticipari de duobus punctis sic quod
servetur per omnia sicut de doctoribus
nobis volentibus repetere honoraria et
est fieri consuetum determinationes vero
magistrorum fiant de mane et tunc vacet
tota facultas theologie quibus resumptis
et determinationibus omnes theologi tam
baccallarij quam studentes debeant interesse
questiones vero et argumenta ad invicem
magistri determinantes communicent ut eas
dicerent et in forma

De Incorporandis

Item statuimus quod Magri In Theologia Incorporandi habeant prestare Iuramentum In manibus ~~Iuramentum~~ dominorum cancellarij et rectoris prout per Illos In Iure etiam Alijs facultatibus est prestari Consuetum et si assumant Lecturam dicti Magri Incorporandi soluant Universi Iuxta statutum Antiquum prout doctores Incorpo^di etiam banquerijs et bedellijs nullus tamen ad magisterium assumatur nisi hic legerit ordinarie sentenciam aut super hoc a dno nro pape gratiam habuerit spalem

Iuramentum In manu dni Cancellarij et rectoris

Incorporationibus Autem magrorum et doctorum vocentur omnes regentes et fiat ibi Consensu omnium aut Majoris partis cum Integra solutione

Omnium Iurium qui Incorporati ultimum
Locum teneant Inter Magistros et doctores
qui ante illorum Incorporationem sunt
magistrati vel doctorati nisi essent nobiles
persone In quibus merito esset aliud obseruandum
quod arbitrio domini Cancellarii et rectoris
relinquatur

De putationibus baccallariandorum

Item statuimus quod quilibet theologus
ad legendum sententias ordinatus dno
Cancellario per Magistrum suum presentetur prout
et baccallariandi In iure est fieri consuetum

De Ordinandis ad legendum
sententias

Item statuimus quod secullares et relligiosi
non mendicantes ordinati ad legendum sententias

non recipiantur nisi decennium compleverint
in theologia facultate vel audiendo vel legendo
et nisi prius legerint bibliam vel cursus
suos fecerint ut superius est expressum
volumus autem quod sit infra sacros vacet
autem tota facultas theologie in principio
cuiuslibet anni tam in inceptione baccallariorum
quam etiam biblistarum.

De baccalarii estivalibus

Item statuimus quod nullus ad lecturam
sententiarum in vacationibus admittatur
nisi a domino nostro papa haberet licentiam specialem
baccallarius autem estivalis legat per
duas estates in qualibet legendo duos
libros tantum et faciendo duo principia
tantum et incipiat tantum die julii et terminem
lectionis nona die septembris

Quod Baccallarij Legentes non Injuriem
se mutuo et ab vacationibus dandis
Legendi

Item statuimus quod Legentes sententias faciant
honneste et sine quibuscunque verbis offensivis
aut ~~Oletatis~~ elatis sine scandallosis suas collationes
et principia omni Injuria cessante servatoque
ibi Juniorem congruo honore ac decentia
sibique mutuo tam questiones quam argumenta
fideliter et integre tradere teneantur et
maxime questiones contra quas voluerit
arguere et rationes ad quas opus erit
respondere et quod pro principijs ipsorum
non vacent alij baccallarij Legentes sententias
nisi pro primis dum taxat vacationes
aut ipsorum et biblistarum recipiantur
temporibus et horis Juristis secundum statuta
et observantias dari consuetis

Quod Baccallarij legant textum Sententiarum perfecte

Item quod legentes sententias legant textum ipsarum ordinate et exponant ad utilitatem auditorum

Quod regentes non tractent materias peregrinas

Item quod regentes sententias non tractent questiones aut materias logicalles vel phisicalles nisi quantum textus sententiarum requirat aut solutiones argumentorum exhigeret sed moneant et tractent questiones theologicas speculativas vel morales ad distructiones pertinentes

Quod nullus legens sententias teneat
easdem ante se

Item quod nullus legens sententias legat
questionem suam ante suum principium per cathedrum
aut alias inscriptis non tamen propter hoc
Inhibemus quin baccallarii possint portare
ad cathedram aliquam ex quo possint si
necesse fuerit sibi reducere ad memoriam
aliquas facultates tangentes questionem suam
aut argumenta seu auctoritates ab ipsam questionem
seu aliquam expositionem pertinentes

Quod nullus legens sententias tradat
lectionem suam stationariis

Item statuimus quod nullus baccallarius
qui sententias legerit suam lecturam sententiarum
enuncet tradendo stationariis directe vel
indirecte quousque sua lectura fuerit per

Cancellarum et Magrorum predicte facultatis examinata

De tempore inter lecturam et licentiam baccallariorum

Item statuimus quod nulli baccalarii qui sententias legerunt si gradum magisterii obtinere desiderant stare in studio tempore inter lecturam et magrum inter medio teneantur ut eorum sciens moret et vita certius comprobentur nisi religiosi fuerint prelati aut si seculares dno cancellario et rectori aliud videretur

Cancellarius et rector coniungitur

De habitu legendorum secularum

Item statuimus quod quicumque qui sunt seculares incipiens ex quo inceperint

Legere sententias etiam cursores ac bibliti
In dicto studio Thlaur incedant per villam In-
habitu suo statui et honori ac gradui dicte
facultatis conducenti Maxime Eundo ad scolas
ecclesiasticas sermones et alios actus universitatis

De Licenciandis Ac Magistrandis In Theologia

Item Statuimus quod nullus licenciatus In
Theologia vel Legens sententias possit recipere
Insignia Magisterij sub aliquo Magistro nisi ~~dum~~
dumtaxat sub Illo qui eum presentavit
et sub eo legere Inceperit sententias vz sub
Illo qui post Inceptionem suam vel ante
vel In crastinum beati Luce post missam
Sti Spiritus Cathedram possidebit In qua
Lecturam sententiarum continuabit non obstante
presentatione per alium facta nisi de licentia
et authoritate Illius hoc fieret si tamen

magna morosa absentia in detrimentum licenti-
ati verteretur Evidenter per ordinationem domini
Cancellarij de Consilio omnium Magrorum
vel majoris partis ipsorum regentum sub
magro alio suo statui tamen vel ordini
condecente valeat magistrari et super
mora stetur statuto juristarum et istud
jurare teneantur cum baccallariabuntur

De Lectura Cursorum et biblistarum

Item ut studentes non per saltum sed
secundum merita promoveantur ad honores
et facultate predicta statuimus quod
Cursores Theologie suos cursus legant
ordinate textum exponendo glosas
notabiles declarando ita quod legant
duos libros de biblia scilicet unum de
veteri testamento et alium de novo

Antequam vero seculares ad legendum dictos
Libros admittantur per primos septem annos
compleant in Theologia audiendo nisi dicti
Cancellario et Rectori aliud videatur et tam
isti quam alii religiosi legant tam vetus
quam novum testamentum quando erunt
ordinati bibliste

Cancellarius et Rector conjungantur

Adicientes quod nullus biblicus contra
baccallarium replicet sed tantum collationem
poterit facere vel loco collationis unam
perlegere lectionem

De Modo legendi Cursorum

Item statuimus quod nullus Cursor biblie
secularis legere presumat ultra unum
Capitulum in una lectione de libro quem
legat

Quando Cursor debet
respondere Magro suo

Item quilibet Cursor In theologia
tempore Inter medio Inter primum Cursum
et Sententias respondere teneatur Magro
suo semel ad minus

De scolaribus biblie secularibus

Item Statuimus quod scolares seculares
qui noviter Incipiunt audire theologiam primis
quatuor Annis portent vel portare faciant
ad scollas magri biblici bibliam In qua
lectionem biblie Audiam dilligenter

De scolaribus sententiarum

Item quod scollares noviter librum
sententiarum audientes primis quatuor Annis
librum sentens. portent seu portari faciant

ad scolas baccallarij a quo sententias audiant
et textuum sententiarum audiant
diligenter

Quod nullus theologus secularis
magistretur nisi sit magr in artibus
nisi in canon

Item statuimus quod nullus theologus
secularis magistretur nisi sit magr in
artibus et doctoribus autem sac magris
aliarum facultatum dispositioni domini
cancellarij cum consilio magrorum regentium
vel maioris partis ipsorum relinquatur

De sedibus

Item statuimus quod graduati in theologia
in sedendo in scollis suis vel in scollis theologie
serviant per omnia eiusdem modum honorem

quem servare debent et consueverunt iuxta ordinationem Magri scolle in artibus vero universis considerant cum iuristis graduatis videlicet licentiati cum licens et baccallarij cum baccallarijs Biblicij autem et cursores subtus predictos inter se curialiter alter alterum honorantes

De subiectione baccallariorum et licens et de pena offendens Magros

Item statuimus quod licentiandus ad magisterium cum antedicta compleverit singulos magros in scolis suis visitare teneantur tam in lectionibus quam in disputationibus et eorum examini se submittat respondendo de questionibus ordinarijs vel de quolibetis ~~eisdem~~ magistri scz cuilibet magro ~~regenti~~ ~~saltem~~ saltem semel

si Magri voluerit acceptare et habeat
visitare et etiam honorare baccallarios
actu legentes qui in suis lectionibus caveant
insuper quod cum omnimoda reverentia et
honore se habeant circa Magrorum et nullo modo
eos injurientur verbo vel facto quod si contrarium
fecerint ad magisterium et ad licentiam non
promoveantur donec condignam emendam
fecerint juxta arbitrium domini Cancellarij
et Rectoris prout ad quemlibet eorum pertinebit
cum consilio omnium Magrorum in Theologia tunc
eorum vel majoris partis eorundem et
idem et juristis injuriantibus consilio
doctorum utriusque juris per omnia obstruentur
ita quod secundum qualitatem offense predictus
Cancellarius et Rector prout ad quemlibet
eorum pertinet possint convocare suum
consilium cum Magris et doctoribus antedictis
et cum aliis aliarum facultatum et si necesse

Cancellarius et Rector

Cancellarius et Rector prout ad quemlibet eorum pertinet convocari suum consilium quod explicatur in verbo Cancellarii et universitatis

sit cum tota Universitate prout eis videbitur
faciendum et cum consilio aliorum cum quibus
secundum statuta et observantias negotia
Cancellarie et Universitatis habent tractare
et etiam expedire additio idem et baccalariis
biblicis et cursoribus observetur

Quae
Clare apparet
Negotia Cancellariae
pertinere ad
Cancellarium,
Negotia vero Universitatis ad Rectorem

De Conditionibus Theologorum
qui debent admitti ad legendum

Item statuimus quod nullus cuiuscumque
conditionis existat vel eminentis Religionis
tamen natus vel turpi infamia maculatus
ad licentiam admittatur sub qua negativa
intelligimus quemcumque Religiosum qui a
suo ordine appostaverit et quod ad
mendicantes quemcumque in suo ordine
incarceratum vel extra vel cuide meritis
exhigentibus ordo seu prelatus in eo iuxta

Eius statuta vel regulam carcerem dubitum
relaxasset vel ex notabili defectu esset
Incarcerandus propter sua demerita de quibus
dominus Cancellarius iuxta precepta in
bullis papalibus theologie universitatem
tangentibus ab illis cum quibus melius
informare poterit interroget bona fide
Et idem et aliis facultatibus observetur

De presentatione Licentiatorum
et examine

Item statuimus quod Licentiandus ad
Magisterium qui hic fecerit cursus suos
presentetur dno Cancellario presentibus
magris in theologia regentibus sicut
in bulla domini Innocentij sexti continetur
Et si necessitas fuerit aliis magris si qui
sunt et corpore universitatis convocatis et
presentet enim magr sunt sic quod si maior

pare pro eo depponat licentietur in facultate
theologica per dominum cancellarium vel eius
locumtenens vel per alium per eum ad hoc
depputatum Et si secus repertum fuerit
repelantur si qui vero qui hic cursus suos
non fecerint et per bullam specialem
fuerint ad licentiam presentandi Primo
Examinationem secretam subeant prout extitit
hactenus consuetum Ita quod cuilibet
Magistrorum regentium respondeat saltem semel nisi aliter
ob causam rationabilem Magistris aut alicui
Magistrorum ac huiusmodi respontionem
respontionibus supercedendis videretur
nisi tenor bulle aliter se haberet Item
volunt insuper dominus cancellarius quod omnes
privatum examen subeant secundum predictam
formam prout nunc faciunt inspectis
dignitatibus et sufficientiis personarum
quas in iuristis consueuit obseruari non

derrogantis privilegiis papalibus sed quia eadem
privilegia conscientiam suam onerant iuxta
consilia magrorum voluit per presentiam suam de
sufficiens et insufficiens informari cuilibet
ut sua conscientia sit clara et penitus
manifesta dum exactu examinationis privata
inter alios actus perfectio hominis scientiffici
cognoscatur et ex hoc non intendebat malum
facere sed fidem orthodoxam theologie
honorare et augmentare ad maiorem
utilitatem

De tempore expeditionum

Item statuimus et expeditiones licentiandorum
fiat per dominum cancellarium de biennio
tantum in biennium et hoc in parte anni
que sibi ad hoc magis videbitur opportuna
et fiat expeditio pro qualibet scola ita quod

baccalarij venientes cum bulla que admittantur
ad lecturam locum baccalariorum ordinarie
legentium non impediant in expeditionibus
faciendis (additio) Statuimus quod tempore
biennii ordinatum pro expeditionibus non possimus
Hic abrebiari nisi de consensu omnium magistrorum
aut maioris partis per hanc autem
ordinationem baccallarij pro anno presenti
expedientes non intendimus comprehendi

De arguendo in quibuscumque
actibus theologie

Item statuimus quod in quibuscumque
actibus in quibus habent arguere graduati
arguant suo loco per omnia prout est
inter eos ordinatum sic quod magister tenens
cathedram iuxta voluntatem suam penitus
habeat disponere et quilibet arguens

Et penitus obedire sic quod in hoc nullam quoad
religionem nec ad personam reputetur offensa

De Lectionibus resumendis per
Magistros

Item statuimus quod resumentes Magistri
Lectiones suas vel Theologiam ordinarie
legere volentes in studio thlanensi singulis
annis in festo beati Luce post sermonem
in cathedra ubi dicitur sermo universitatis
faciant se iudici per suam presentiam prout
doctores et magistri aliarum facunt 1° facultatum et in crastinum sancti
Luce post missam sancti spiritus que dicitur
clara die in ecclesia fratrum minorum quilibet
in scolis suis suas incipiant legere lectiones
nisi de predicta absentia cum merito excusaret
de qua constet rectori studii antiquam
per alium incipere possit prout continet
statutum aliarum facultatum in statutis

papallibus contentum nec prima Inceptio
baccallarij qui primo Inceperant Ante resumptionem
Magistrorum eius In aliquo praejudicet Nam
Intelligimus Rx sub magistro qui post eum In
crastinum Sancti Luce post missam Sti spiritus
Inceperit talis baccallarius Censeatur
Incepisse cum omnes baccallarij theologi suas
Lectiones In simul In crastinum Animarum
habeant Incipere prout faciunt Iuristi
nam Uniformitas studij Et necessitas
Conventum attenta Religione patrie ad hoc
nos Astringi (Additio) Per quam Corrigitur
Ultima clausula Istius statuti baccallarij
autem theologi propter prolicitatem libri
sententiarum post omnia prima principia
statim suas Lectiones Incipere teneantur
Et In ceptas continuare

De Inceptionibus baccalariorum
Et bibliorum

Item statuimus quod omnes baccalariandi volentes
incipere ad legendum sententias habeant incipere
anno quolibet ante festum omnium sanctorum nisi
essent tot quod dies legibiles eis habundare
non possent cum habeant sibi invicem conferre
et unus cum alio disputare et tunc
prerogatio rectoris arbitrio relinquatur /
Primo baccallarius de Carmello decem dies
septembris secundo baccallarius sancti stephani
vel duodecim dies septembris tertio baccall
Augustinorum vel quatuordecim dies septembris
Quarto baccallarius universitatis vel decima
sexta die septembris Quinto baccallarius
Minorum decima octava die octobris
Sexto baccallarius predicatorum vel vicesima
die octobris si vero sint aliqui alii
baccallariandi de collegiis vel de sancto
bernardo vel de aliis locis illi inter
religiosos collocentur vel aliter nobitur

Rectoris biblici Autem et Cursores post
festum omnium sanctorum eundem modum per
omnia observando sic quod inter duo principia
intercipiatur ad minus una dies legant
aut suas lectiones continuando usque
ad festum apostolorum petri et pauli exclusive
et si ex negligentia vel culpa alia
lectiones obmiserint ipsas antequam ad
licentiam admitantur restituere teneantur
nisi per dominum cancellarum cum ipsis
et magistrorum consilio fuerit misericorditer
dispensatum (Additio) Nullus autem ad
lecturam libri sententiarum admitatur post
festum omnium sanctorum nisi contingeret scolam
carere bacallario per mortem quo casu alius
circa festum purificationis dumtaxat
possit intrare sententias qui post festum
apostolorum petri et pauli per tot dies legibiles

Legat quod fuerit cessatum ante suum principium

De disputationibus estivallibus

~~hoc est Venerina~~

Item statuimus quod a festo apostolorum petri et pauli usque ad inceptionem baccallariandi omnes baccallarii et ceterii graduati in universitate putent omni ebdomada una die dum taxat quod veneris vel alia si in illa comode fieri non posset iudicio presidentis ad disputandum in scolis universitatis congregari in quibus cursores successive presideant vel aliqui loco eorum vel si illi fuerint impediti iudicio suorum magrorum regentium et illi questionem responsalli proponant et contra eum principaliter arguant et replicent tantum bis ceteri

Autem graduati eidem sua primogenita arguent
et replicent ~~quotiens~~ quam et quotiens eorum
placuerit voluntate nisi presidenti aliud
videretur. Prima autem questio disputandi
per bedellum denunciabitur in prima disputatione
per presidentem post quam arguere cessaverit
et ita erit et aliis consequenter disputare.
Autem fiant in scolis predictis eodem ordine quo
baccallarii incipiunt lectiones (Additio)
In estivis autem disputationibus semper
presideat baccallarius formatus qui in
prima disputatione faciat collationem solempnem
et istud observetur secundum ~~ordinem~~
ordinem quem habent baccalarii in principio
Ita quod toto illo anno sit ibidem ille
presidens et sit alii suo ordine consequenter
et nullus respondeat in eisdem nisi sit
baccallarius formatus vel in defectu eiusdem
sentencie immediate lecturus per hanc

Autem additionem corrigitur precedens statuum
In multis

Quantum habent solvere
Bedellis studentes seculares theologie

Item Statuimus quod scollares in
theologia solvant bedellis pro salario tantum
quantum facimus scolares in jure

Quantum habent solvere baccall
bedellis

Item baccallariandus quilibet a legendum
sententias destinatus dare teneatur cuilibet
duorum bedellorum unum francum

Quantum habent solvere biblici
bedellis

Item Quilibet Biblicus dare teneatur

Cuilibet duorum bedellorum medium francum
vel vallorem quia habebunt eis servire
per biennium cum tantum eorum lectura
habeat durare ut superius est expressum
et quilibet soluat ante inceptionem suam

Quantum habent soluere
Cursores bedellis

Item quilibet cursor quinque solidos
turonen cuilibet duorum bedellorum dare
teneantur

Quantum habent soluere licen bedellis

Item quilibet licentiatus in theologia duobus bedellis
viginti solidos turon dare teneantur prout faciunt
licentiandi in iure

Quantum habent soluere
magistrandi bedellis

Item statuimus quod magistrandi in sacra
theologia cuilibet duorum bedellorum ac banquerio
maiori et banquerio magri sui vel auditori

quod auditorum Magister qui dabit insignia
profitebitur si non sit nec fuerit regens
Cathedram aliquam tamen detur in favorem
Magistrantis tantum solvere teneantur
quantum facimus iuriste doctorandi scz
vestes condescentes et integras foliatas
secundum conditionem temporis vel si non
dent vestes dent eis quilibz cuilibet predictorum
Cuilibz sex flavos alijs autem banquerijs
vz duos florenos auri Cuilibz Ita tamen
quod banquerius Major teneatur banquas
scollarum theologie plus illas qui facte
fuerint conductas tenere ponendo tantum
Clavos et manum fusterij

Item volumus quod baccallarij nunc
formati hijs statutijs pro expectatione
temporis quoad magisterium recipiendum
non legentur sed expediantur ut presenti

baccalar. Autem principaliter actu legentes
superioribus statutis quo ad omnia sint
ligati

Nos vero Cancellarius et Rector cum
consilio per hec statuta non intendimus
prejudiciare statutis nec mandatis apostolicis
sed retinemus quod possumus augere ista
et diminuere et in melius reformare idem
quod mandata apostolica et futurus eventus
temporis et dispositio divina hic requirere
dicti vero Cancellarius et Rector prefatis
statutis publicatis ut visum est ac
omnes predicti presentes ibidem predicta omnia
et singula ex certa scientia approbaverunt
et confirmaverunt pro se et suis successoribus
quibuscumque nomine suo ac universitatis studii
Antedicti de quibus omnibus et singulis
prefati domini Cancellarius et Rector et
iudicium prelibatum nomine quo supra

Statuta possum augeri et diminui et corrigi

Requisierunt fieri unum vel plura publica
Instrumenta sigillis Cancellariis et Universitatis
studij prelibati premuta. Acta fuerunt
hec ut premissa sunt tholosae anno dni et
mense indictione pontificatu et loco
predictis presentibus discretis viris dominis
petro Lafraycinessa et bragayracho
Stephano bonis et Sivlato ecclesiarum rectoribus
Bernardo Croba presbitero petragoricensi et
communiarum diocesis et pluribus aliis testibus
ad premissa vocatis specialiter et rogatis
per me notarium infrascriptum et ego
Arnaldus de Laugrie Cuius tholosanus
publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus
et singulis dum sic agerentur et fierent
ut prefertur una cum prefatis testibus
presens fui eaque recepi in notam et
publicam et in hanc formam publicam
redegi alijsque occupatus negotijs

Videlicet a.
1384 s. p. 257

feci per alium fideliter scribi et hic manu-
mea propria subscripsi signumque meum
Apposui consuetum in Testimonium
premissorum rogatus et requisitus

Statuta Theologie primo facta tempore domini Azcardi de Guimballo Cancellarij Generalis studij Thlam

Ad honorem dei omnipotentis
et nostre Thlanensis Universitatis honestatis
ut in promovendis ad magisterium in sacra
Theologia decentius regulentur Nos
Azcardus de Guimballo decretorum doctor
et dicte Universitatis Cancellarius de
Unanimi consilio voluntate pariter et
consensu omnium magistrorum scilicet Bernardi

Nota Cancellarius condit statuta sine rectore sed improbantur ea de causa in fo 387 ou il faut noter quil y a faute en la datte car aulieu de 389 mense Julij, qui est la datte des statuts suivans il faut mettre an. 380 die ult mensis Aprilis et in fo 30 in fine

thlani ordinis predicatorum bernardi Magnerij
ordinis heremitarum sti Augustini Johannis
Agrani ordinis Cistercientium Arnaldi bernardi
Aymerici ordinis predicatorum Assini de Alba
Rupae ordinis Carmelitarum Ardi Berengarij
ordinis predicatorum In theologia regentes In
dicta Universitate ad perpetuam rei memoriam
perpetuo et inviolabili edicto statuimus
et servare promissimus que sequuntur
medio Juramento

Ut baccallarij habeant resignare
bullam Antiquam Incipiant
legere

Primo Quia propter lecturas
extraordinarias que ad preces multorum
Importunas et Importune mendicatas potius
quam propter sufficientiam opportet aliquam
Concedere odia scandala et dissentiones

oriuntur que proposse Interdum precavere
ut stuti pertinent parisiensis nos conformemus Iuxta
bulla tenorem statuimus Quod nullus cuiuscumque
gradus aut conditionis sue religionis Ecclesiae
et Cetero valeat ad Lecturam sententiarum
Estivalem sive extraordinariam per literas
aut ad preces quorumcumque dominorum admitti
sine Cum preiudicio bullarum papalium
quod si per huiusmodi bulle de mandato domini nostri
pape aliquales In posterum opporteret
admittere statuimus quod talis primitus Iuret
In manu domini Cancellarii In presentia omnium
Magistrorum In theologia Regentium quod nec
ad Licentiam nec ad magisterium In theologia
petet Aut procurabit admitti per se vel
alium nec Licentiam aut magisterium Accipiet
vigore huius bulle sed dicto rescripto
sine bullis gratia domini Cancellarii se
submittet ut Ipsum et consilio magistrorum vel

maioris partis tempore debito cum sibi visum fuerit ad honorem magisterii valeat promovere

Item Baccallarii estivalles legant per duas estates

Jurabit Nichilominus talis quod in casu quod huius lectura extraordinaria concedatur continuabit lectiones suas per duas estates a prima die Julii usque ad vigilliam beate marie virginis exclusive et in prima estate faciet tantummodo principia et in secunda faciet alia duo principia

Item nullus baccallarius admittatur ad sententias nisi legerit bibliam vel sentens in aliquo studio generali

Item ne in promotione sufficiens valeamus

Decipi odiaque ac Indignaresque potentium supercium
Rationabiliter possumus Evadere Statuimus
Ut nullus religiosus et Cetero ad huius
Lecturam Extraordinariam admitti Valeat
nisi prius Legerit sententias In Aliquo studio
gnali sui ordinis Aut bibliam In Aliqua
Universitate Legerit sine biblie Cursum fecerit
et quo Juramentum Aut testes sufficientes
fidem facere teneantur et non Religiosis
Autem modus In statutis Antiquis observetur
huiusmodi Auctoritate admissio ad talem Lecturam
Extraordinariam fieri habeat et Consilio
Et Voluntate omnium magrorum In theologia
vel majoris partis Et Ut et talliusque
sufficienter valeamus plenius Informari
Statuimus Ut Antequam Aliquis cuiuscumque
status existat Lecturam sententiarum Incipiat
sine ordinariam Aut primum principium
faciat post quam admissus fuerit teneatur
alicui de magistris de ordinaria respondere

De pena offendentis dni Cancellarii et Universitatis seu facultatis theologie et Magistrorum eiusdem

Item que iuxta et sapientis consilium derisores et brigosi sunt de pacifficorum collegio expellendi ut cum eis iurgia et discordia et scandalla pariter excludantur statuimus quod nullus cuiuscumque gradus aut status conditionis sive religionis existat ad quamcumque lecturam theologie in ista civitate possit admitti qui aliquomodo offenderit vel turbaverit directe vel indirecte Universitatis dni Cancellarii et facultatem theologicam aut etiam aliquem magistrum sine causa fuerit turbatione discordie vel offensione qualitercumque nisi prius sufficienter satisfecerit dno Cancellario Universitatis seu parti offense iudicio dni cancellarii rectoris et etiam omnium magistrorum in theologia

Nota offendentes aliquem magistrum sunt expellendi

Et nulla scola habeat eodem
Anno duos baccall. nisi in casu

Item inordinatam multiplicare in
Magrorum pro posse vitare cupientes statuimus
ut nulla scola in nra universitate thlana
duos infra unum annum habeat baccallarios
concurrentes aut et consequentes nisi in
casu in quo primitus admissus fuerat
ante festum purificationis naturaliter
vel similiter mori contingat vel alias legitime
impedire iudicio domini cancellarij et
omnium magrorum regentium in theologia
in quo casu concedimus quod loco illius
talliter impediti ante predictum festum
possit in illis scolis alius substitui in
scola aliqua habeat tanto tempore baccalario
suis culpa carere sic tamen quod talis

taliter substitutus habeat tot lectiones quod a principio perdidit tempore vacationum estivallium immediate sequentium emendare

De expeditionibus non fiant tempore estatis

Item ut actus scolastici tempore studij non tempore vacationum valeant exercere statuimus ut a modo baccall. in theologia licentiandis privatum examen preludatur a prima die Julij usque ad festum beati michaelis septembris licentia autem et alij actus publici pro magisterio fiendi tempore quo dubitatur cancellarius cum magistris in theologia utilius iudicaverit concedi valeant et ab illis publice exerceri

De expeditionibus fiant de biennio in biennium

Item ut in expeditionibus ordinatus
valeat teneri processus scolle etiam
theologie non possint subito baccallariis
formatis spoliare subito statuimus ut
expeditiones non fiant nisi de biennio in
biennium modo qui sequitur vz quod
computando a festo omnium sanctorum proxime
venturo quo computabitur anno dni millio
1380 CCCmo lxxxmo expeditis expediens isto
anno sequenti quo numerabitur lxxxjo
nullus expediatur sed expectetur annus
lxxxij et sic semper deinceps incipiendo
annum expeditionum in festo omnium sanctorum
et duret usque ad primam diem Julij
vel alio tempore magis congruo ut in
precedenti statuto continetur

De Incorporandis et Statutis Jurandis

Item ut huiusmodi statuta inviolabiliter perpetuo conserventur statimus ut in posterum magistrandi sive etiam magistri iam formati antequam incorporentur sive ad regentiam in theologia in ista universitate admittantur / iurent in manibus domini cancellarii et rectoris predicta statuta omnia et singula inviolabiliter observare nec incorporentur nisi per dominum cancellarium et rectorem in presentia magistrorum in theologia regentium ad hoc prebentium consensum expressum que incorporatio et dies et testes in libro domini cancellarii conscribantur nec magistri alibi per bullam magistrati incorporentur nisi solvant interim omnia iura qui autem per cursum in

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

In universitate alia fuerint Magrati ad medietatem Iurium dum taxat obligentur

Summa Emolumenti domini Cancellarij

Item Paupertatis compatientes baccallariorum ~~pret~~ pietati intuitu et amore nos Cancellarius antecessores de voluntate et expresso consensu omnium magrorum regentium predictorum volumus et mandamus quod nullus amodo in theologia magrandus det Cancellario nisi duodecim francos taliter dividendos scilicet in examine ij in licentia viij in magisterio ij ut sic sit conformitas inter theologos et Iuristas cum etiam parisiis dicti Cancellarius a magrandis quasi simile recipiat emolumentum Datum Thl. ultima

1° duodecim

No.

Cy sont conformes a l'université de Paris

die Aprilis Anno domini millesimo CCC°
LXXX°

Statuta secundo facta tempore
domini Aycardi de Gumballo Cancellarij
Thlam

In nomine domini amen Anno a
natiuitate domini millesimo CCCmo LXXXIX°
1389 die tertia mensis Junij Indictione en pontificatus
Sanctissimi in Christo patris Et domini nostri domini
Clementis digna dei prouidentia pape
Septimi Anno Quarto In Capitulo Claustrali
fratrum minorum Thlam Venerabilibus
Et Circumspectis viris dominis Petro de
Campis decretorum doctore Locumtenente
domini Aycardi de Gumballo cancellarij thlam
decretorum doctoris Et petro Raimundi de
Podiobuscano Legum doctore Rectore Universitatis

vice Cancellarius aule Rectorum

thlam studij viris religiosis Petro de adorna
Augustinorum Joannes Grossi carmelitarum ordinum
Conventuum In sacra pagina professoribus
et Regentibus In dictis Conventibus
Venerabilibus viris de nimis Aymerico natallis
Johanne de mazanesio Raymondo Comas
Decretorum doctoribus et Gaucellino de
bosqueto Legum professoribus Magistris
Johanne pagesij Johanne rigaudi In
artibus Petro Arpazone Roberto
Coriani de bruguiria Magistris In Gramatica
actu ordinarie Legentibus In dicto studio
thlano nicolao Gaillardo tornerij In decretis
baccallario et petro boeri scolari In legibus
consiliariis dicte universitatis Cum tota
universitate studij ad sonum campane ut
moris est congregata In dicto capitulo
fuerunt publicata statuta Infrascripta

et etiam additionis positas et collocatas
In statutis domini Aymelij de Lautrico
Cancellarij thlam per me Petrum de Blanchaco
publicum auctoritate Apostolica Notarium et
fuerunt testes dnus Petrus de Auriaco
Licentiatus In decretis ac provisor Sancti
Bernardi et magistri Johannes Bertiangij
baccallarius In legibus Ad laudem
dei et virginis marie ac conservationem
venerabilis studij thlam fuerunt facta statuta
super facultate theologie que sequuntur una
cum additionibus supra scriptis

Nulla scola habeat simul
duos baccallarios

Primo statuimus quod In nulla scola
theologie admittantur simul duo baccallarij
aliquo tempore ad legendum

Rx Baccallariandi respondeant
primo ordinaria antequam

Item statuimus quod nullus admitatur ad
lecturam sententiarum nisi prius responderit
et ordinaria alicui magrorum si per
unum saltim non steterit

Rx Baccallarius tempore
lecture non respondeat nisi
et quolibet

Item statuimus Rx baccallarij legentes
sententias propter brevitatem temporis et
prolixitatem lecture non occupent se in
responsionibus quando legent nisi dum
taxat et quolibz

Rx nullus legens tempore
recedat et studio nisi in casu

Item statuimus quod nulli actu legenti
precipue sententiae tempore lecture detur
licentia recedendi sine urgenti et vera
necessitate deposita per iuramentum petenti
licentiam in manibus dominorum cancellarij vel
rectoris prout ad eorum spectat officium qui
regressus legat post festum apostolorum
petri et pauli per tot dies legibiles quod
omisit propter sui absentiam et idem
de estimabilibus baccallariis observetur

In manibus cancellarij et rectoris prout ad eorum spectat officium

De baccallarij presentati
intersint principijs baccallariorum
sequentium et de primis principijs

Item statuimus quod nullus baccallarius
presentatus ab ista universitate recedat
quousque alij baccallarij immediate futuri sua

prima principia fecerint que teneantur facere
Infra et dies In hoc autem Corrigitur dm statum
Conventus et eius In suis principiis assistentes
fuerint

De Regentia

Item statuimus Quod Iunior magister residens
In Conventu qui legerit sententias assumptus
et scola eadem In eiusdem Conventus vel
predictorum minorum carmelitarum Augustinorum
sancti bernardi sit semper Regens qui Regens
alium Regentem dare non valeat qui Regens
et suas Lectiones Incipere teneatur
secundum formam statutorum et In Inceptas
continuare saltem ter In septimana cessante
Legitimo Impedimento

Quod Licentie publice conferantur

Item statuimus quod omnes licentie conferantur publice in ecclesia sancti Jacobi non clandestine in aliqua domo privata.

De modo convocandi ad actus regentes et in quibus debet vocari regentes et non regentes

Item statuimus quod magistri regentes in theologia vocentur in scolis per bedellum generaliter in creatione novi rectoris et scindici universitatis et ad alios actus universitatis sicut vocantur doctores et magistri aliarum facultatum non regentes non vocantur ad actus ad quos vocabuntur non regentes aliarum facultatum in actibus autem tangentibus facultatem theologie vocantur regentes sicut consuetum est fieri inter eos

Creatio rectoris

Nota minus habentes theologi quam alii gratia

Et non regentes

De expensis fiendis pro facultate Theologie

Item statuimus quod quia ~~rarum~~ rationi est consonum quod qui sentit onus sit particeps emolumenti expense que fiunt extra civitatem pro communi utilitate facultate theologorum pro cotta quam contribuunt fiant de communi, sicut fit de negotiis aliarum facultatum. Idem fiat de honoribus funeralium magistrorum sicut et doctorum

Hic

De decano

Item statuimus quod inter magistros theologie huius universitatis antiquior in magisterio residens in civitate qui sit idoneus et vellet etiam hic laborare eo ipso sit et vocetur decanus et illo

defficiente alius antiquior post ipsum
successorem qui petita licentia annis singulis
in principio studii a domino Cancellario habeat
facultatem convocandi alios magistros ad
tractandum promovendum et aque concernunt
honorem decus et reformationem dicte
facultatis fiendam per dominum Cancellarium
et Rectorem prout et eorum spectat officium
cum magistrorum predictis vel majoris partis
eorum consilio qui decanus in sui principio
debeat se dominis Cancellario et Rectori
presentare et jurare in manibus eorum
quod fideliter tractabit et promovebit negotia
facultatis cessante fraude et deliberata
per magistros eadem die vel in crastinum
eisdem prout ad eorum spectabit officium
referet per se vel per alium

Cancellarius et Rector prout ad eorum spectat officium

Juramentum in manibus Cancellarii et Rectoris

De Iniuriis

Item ordinamus quod in iuris hinc inde ab utraque parte verbo vel facto dicte vel illate censeantur remisse

De statutis et coppiis dandis

Item statuimus quod additiones et statuta supradicta collocentur suo ordine inter alia statuta et publicentur quorum et aliorum dicte facultatis ac etiam universis detur eis coppia cum eos abstringant et ignorantiam non possint pretendere et sciant quid debeant observare

Prologus compromissi facti inter dominum cancellarium et rectorem ex una parte et reverendum magistrum in sacra pagina ex altera parte universitatis studii Thlaui

Ad honorem et laudem ac gloriam
omnipotentis dei patris et filij et spiritus sancti
amen. Super que orta dissentione super facultate
Theologica inter reverend. patres dnm cancellarium
et rectorem alme universitatis studij Ihlam
ex parte una et reverend. magrorum in sacra pagina
universitatis predicte ex parte altera hinc est
quod dicte partes volentes venire ad pacem et
concordiam et amfractus litium ac expensas
litium evitare se compromiserunt in reverendos
in xpo patres et dnos petrum miseratione
divina abbatem monasterij sancti Saturnini Ihlem
et aldebretum eadem gratia prepositum eccle
Ihlem tanquam in arbitros arbitratores et
amicabiles compositores de omnibus debatis
litibus controversijs modis et seu monendis
inter eam nominatas partes prout latius
constat per instrumentum per magrorem
petrum de blaignac auctoritate apostolica et

Guillelmum Andrini thlem publicum notarium recepta
et confecta dicti vero dni Arbitrij Arbitratores
et Amicabiles compositores ad postulationem
et requisitionem ipsarum partium processerunt
in hanc modum

Sententia lata Anno dni
millio CCC LXXXIX xij^a die
Aprilis per dnos Arbitros
supradictos super statutis factis et etiam
additionibus collocatis in statutis
Antiquis theologie domini Azcardi
et Gumballo Cancellarij thlanum dno
Petro Raymundi et podio buscano
existentibus Rectore Universitatis predictis.

Et nos P. abbas Monasterij Sancti
Saturnini thlem et Aprepositus ecclesie
thlanensis Arbitri Iudicti ex potestate nobis
a predictis ~~patribus~~ partibus Atributa Auditis et

diligenter examinatis meritis causae habitaque
matura deliberatione cum peritis deumque
habentes pre oculis per hanc nostram sententiam
sive laudum diximus quaedam addenda
statutis dicte universitatis cum secundum
temporum varietates statuta quando quae
varientur humana Et quaedam de novo ordinanda
ac etiam statuenda per reverendos patres
dominum cancellarium et rectorem et universitatem
seu per illos ad quos statuere spectat in dicta
universitate protestamur tamen in primis quod
ordinanda seu inferius statuenda non
intendimus praeiudicare seu derrogare privilegiis
apostolicis seu statutis antedicte universitatis
sed per ea vallidare et confirmare
quamquidem protestationem in quolibet
articulo seu additione infra incertum
volumus habere pro repetita

statuta variantur pro tempore varietatis / les mots sont tirez du chap. non debet ext. de consang. et affinit.

privilegiis apostolicis non est derrogandum

Et Nota quod compromissum supradictum
et etiam sententiam supradictam pertinet
ad statuta immediata secundo facta
ad additionem superius positam in
statutis antiquis tempore domini
Aycardi de Gumballo Cancellarij
thlam domino Petro de Podio Buscano
Legum doctore existente rectore
universitatis thlanensis anno domini millesimo
CCC octuagesimo nono xij^a die
Aprilis

Statuta Papalia

fol 86 [illegible]

Sola ista sunt papalia statuta

Universis xpti fidelibus et
specialiter venerabilibus doctoribus magistris
Licentiatis baccallariis ac scolaribus
commorantibus in studio thlanensi tam
presentibus quam futuris frater Guillelmus
dei et sancte sedis apostolice permissione
Archiepiscopus thlanensis salutem et sinceram

In domino Charitatem / Literas Sanctissimi
patris dni nri domini Johannis Superna
disponente Clementia pape xxii eius
vera bulla plumbea cum cordula canapis
impendenti bullatas non cancellatas non
abolitas nec in aliqua sui parte corruptas
sed sanas et integras omnique vicio et
suspitione carentes nos cum qua
decuit reverentia recepisse meritis
formam que sequitur continentes Johannes
Epus servus servorum dei venerabili
fratri Archiepo thlano salutem et apostolicam
benedictionem etiam gerimus de tua
circumspectione fiduciam quod illa que
tibi committimus prudenter et laudabiliter
exequaris cum hac super nonnullis
que reformationem et salubre statum studii
thlani respiciunt venerabilis fratris

nri petrus penestonis et Cancellarius
Albanensis Epi de speciali nra scientia et
mandato certos articulos sub sigillis
suis tibi transmeam inclusos fraternitati
tue pntium authoritate committimus et
mandamus quatenus super predictis
articulis et super aliis in quibus
prefatum reformatione conspexeris
indigere statuas et ordines auctoritate apostolica
quod tibi statuendum videbitur et etiam
ordinandum contradictores per censuram
ecclesiasticam appellationem post posita
compescendo non obstante si aliquibus
communiter vel divisim a sede apostolica sit
indultum quod interdicti suspendi vel
excommunicari non possint per litteras
apostolicas non faciens plenam et expressam

Nra authoritate Apca

Ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi
mentionem Datum Avinionensi
Augusti Pontificatus nostri Anno decimo tertio
Ad quarum executionem ob reverentiam dicte
sedis et ab fructuum salutiferum quem
consequi firmiter speramus ac volentes
Mandatum Apostolicum nobis in hac parte
directum reverenter exequi ut teneamur
Assurgentes processimus in hac modum

Lex Veritatis que est domini
Immaculata Convertens animas Candor
Lucis Eterne et speculum sine macula
Longumque vite hijs qui apprehenderint
eam et qui eam tenuerit beatus erit
Ipsa est sacra suptura que obnixa
Aliarum regula est et maiora aqua
qui de viat veritatem non continet sed
docet potius facilitatem Ipsam est que

Idest anno domini 1333

docet nos quod lex obedientie que maximum
bonum habet sicut scribitur melior est
obedientia quam victime per nostros primitivos
parentes transgressione vicium noscitur
incurrisse quando regis regium et fructu ligni
scientie boni et mali prohibitione facta
ne comederent contempserunt servare in
totius sue posteritatis dampnum et
manifestam iactantiam sicut factum est
quod ex radice corrupta viciosi et corrupti
ramusculi processerunt teste apostolo qui
ait Rx per unum hominem peccatum intravit in mundum
et per peccatum more ita ut omnes homines
more pertransit ut secundum eundem
per inobediens unius hominis peccatores
constituti sunt multi imo certe omnes qui
secundum naturam processerunt ab ipso et
etiam fit proclivus decursus ad voluptates

mondanas et alias plurimas vanitates natura
insuper nra fragilis viciorum remanet imitatrix
a deo quod ad reprimendum multorum inordinatas
concupiscentias vix per penas seu statuta pot
remedium adhiberi quamobrem sti patres
deum habentes pre oculis volentes deum
collere et dei populum in via recta ponere
constitutiones et statuta salubria plurimae
edidermit ut appetitus humanus debite
honestis limites non excederet sed potius
per ipsum vite xpiane professio liberius
ac magis et magis salutaribus proficeret
incrementis sane cum in studio thlano
multa statuta utilia rationabiliter fuerint
hactenus edita ad totius studii comodum et
honorem que ex negligentia vel contemptu
non fuerunt sicut debuit ac decuit
observata ex quo in contemptum et
oblivionem aliqua devenerunt in totius studii

dampnum et euidens detrimentum Nos
Igitur frater Guillermus Archiepus thlanensis
N° authoritate Apa, tm
prec. Auctoritate apostolica nobis ut premittitur
In hac parte commissa Statuimus Doctorum
et peritorum virorum consilio et assensu
Quedam ad utilitatem et comodum memorati
studii thlani et ne aliquis de cetero
pretextu oblivionis seu ignorantie se valeat
excusare fecimus statuta ipsa in scriptis
redigi et ea volumus in pntia omnium
publicari et vos si placet ut vere
obedientie filii ipsa dilligenter audite et
opere adimplete ut addatur gra capiti
vro et torques collo vro secundum sapientis
promissum in nomine sancte et indiuidue
trinitatis patris et filii et spiritussancti
Ad singula nra statuta infra edita
progredimur et procedimus In hac forma

Qualiter et quando sit generalis congregatio facienda qualiter ab ea in particulari recedere liceat Convocaris rubrica

Cum ex frequentia Congregationum multa mala sepius oriantur et manifeste studentium profectus et lectionum processus impediantur et multipliciter retardentur statuimus ac congregationes universales fiant in studio thlauro nisi de rectoris vel eius locumtenentis doctorum omnium et magistrorum actu legentes ac consilliariorum vel saltem duarum partium eorumdem ibidem presentium consilio processerit et assensu adjicientes ut huiusmodi congregationes fiant tantum diebus non legibilibus nisi aliis diebus fieri urgens et manifesta necessitas suaderet quod arbitrio prefati specialiter ad hoc vocatorum vel majoris

M° assemblées d'Univers[ité] ne se doivent faire que du Consentement du Recteur

partis eorum duemmodo relinquendum Porro cum
congregaciones generales vel particulariter fieri
contingerit in futurum et quotiens fieri vocati
tantum more solito venire cuiuscumque
status vel conditionis existant teneantur
et venientes recedere non audeant absque
rectoris vel eius locumtenentis licentia petita et
obtenta nec aliquis ipsam congregationem
seu tractanda in ea impediat ~~debite~~ indebite
vel perturbet signis vero premissa vel
aliquod promissorum non observaverit vel
contra ea vel eorum aliquod fecerit Pena
xl florenorum turonensium eo ipso incurrat exhigendam
et convertendam ut infra in capitulo cum sit
vanum plenarie continetur

Nec licet recedere a congregatione absque rectoris licentia

De vaccationibus non faciendis
nisi in casibus et terminis hic
contentis rubrica

Cum per vaccarum studium et anime bonum
manifestum recipiant detrimentum nec non vagandi
ludendi et multorum malorum materia preparetur
vacationes fieri nisi in terminis et casibus
infrascriptis penitus prohibemus Primus ob festum
nativitatis domini et hec vacatio in ante
vigilia dicti festi inchoetur et duret usque
in crastinum circumcisionis domini exclusive
et tunc lectiones resumantur secundus
propter festum pache et incipiet quarta
feria ante pascha lecta lectione doctorum 1o
Tertius propter festum pentecostes et incipiet
in vigillia 1o indicatur et durabit usque
ad quartam sequentem feriam exclusive vel
nisi pro funeribus et tunc cum ista
modifficatione nisi doctor magister vel
licentiatus etiam actu non legens diem clausere
extremum omnes doctores magistri licentiati et

1o Et duravit usque ad secundam feriam post quasimodo exclusive

1o Dicti festi et vacatio in ante vigilia

baccallarij cessent a lectionibus die vz qua
cepelietur hora magistrali dum taxat exepta
si baccallaurus omnes baccall et licen illa
hora qua solum sepelietur vel nisi in
principio lectionum Magrorum vel lectorum
in theologia vel doctorum legentibus librum
decretorum pro quibus cessetur solum hora
tertia vt est fieri consuetum tollentes
vacationes que fieri consueverunt pro recessu
cuiuscumque a studio vel pro crastinis
novorum doctorum indistincte vel pro
publica examinatione licendi cuiuscumque
quia volumus et ordinamus licentiari die
non legibili et tali hora quod missa vel
sermo si fieret illa die nullatenus valeant
impediri et nichilominus fieri possit talis
examinatio in vacationibus quibuscumque
per premissa tamen non intendimus prohibere

quo minus urgente necessitate vacatio iudicii
possit etiam in casibus aliis quam superius
expressis fiat tamen tunc vacationis iudicio
omnibus doctoribus Magistris et consiliariis
ad hoc specialiter convocatis Ita quod nullus
predictorum suum conceptum vel consensum
audeat exprimere verbo scripto vel sigillo
vel alias ullo modo per se vel per alium
seu alios nisi in presentia omnium qui ad hoc fuerint
convocati et in loco ad hoc specialiter deputato
et quod tunc demum iudici possit vacatio
si de omnium vel saltem duarum partium
eorundem voluntatem processerit et assensu
quod si secus actum fuerit scienter et qui
aliter concesserint quam superius est
expressum vocem habentes in congregationibus
huiusmodi vocem quam habent in collegio eo ipso
sint privati per sex menses vocem vero
non habent si contra premissa vel aliquid

N° Nemo potest votum emittere in congregatione nisi sit presens

premissorum fuerit procurarent penam viginti sol
turonen. ipso facto incurrant, Sane cum ante diem
Carniprimi et post per aliquos dies inter scolares
fieri consueverunt quedam dissolutiones et quidam
ludi periculosi ac noxii et etiam indecentes
in scolis et extra prohiciendo pulveres paleas
et quandoque lapides inter se ad invicem
et contra doctores baccallarios et legentes
Prohibemus talia et similia de cetero
attemptari et quicumque contrarium fecerit
cuiuscumque status vel conditionis existam
penas viginti sol. turon. ipso facto incurrat
exhigendam et convertendam ut dictum est
supra quam penam si non solverit infra
mensem a die qua in eam incidit computandum
excom. sententia innodetur a qua absolvi
non possit donec de pena huiusmodi fuerit
plenarie satisfactum

De pompis Auferendis Rubrica

Quoniam secundum sapientiam humilem spiritum
suscipiet gloria et quam plures commoda inordinato
vz cum vanitate et discursu ad doctoratus seu
baccallariatus honorem contendere moliantur
Potissime Clerici beneficiati qui potius
pauperibus erogare quam in vanitatibus
expendere debent que recipiunt et patrimonio
Crucifixi volentes super hijs providere statuendo
prohibemus ne aliquis baccallariandus vel
titulariandus ratione sui nouii principij sui titulli
vel libri in quacunque facultate audeat
communem mazus facere vel aliquid dare
minus seu instrumentis aut scriptoribus
personis vel alis expendere quam si non esset
incepturus nec ante nec post nec per se
nec per alium directe vel indirecte nisi solum
pro bedellis et banquerijs et alijs quibus
ex statuto in studio hactenus obseruatos

fuerit obligatus et magistris vero in artibus
et in Gramatica tenetur consuetudo hactenus
obseruata vz quod magistris actu legentibus eorum
scolares licentiati vel baccallarij quod consuetum
est possint dare vestes autem quas ipsi
pro se faciunt in suis principijs non
excludimus per premissa et quod nullus
ratione sui noui predicti principij tituli vel
libri audeat ire per villam ad rogandum
aliquem vel aliquos suo principio debeant
interesse nisi cum tribus vel quatuor socijs
scolaribus vz vel baccalarijs ultra
propria ~~suorum~~ socios si quos et raubis sine
haberet et cum banquerijs et bedellis
nec etiam licentiandi in aliqua facultate
nisi prout statim de alijs est expressum
saluo quod eundem ad ecclesiam sancti Jacobi pro sua
publica examinatione et et ea redeundo possint

habere duo paria tubarum et tubicinatoribus
dictas tubas ducentibus satisfacere prout eis
videbitur faciendum et salvo quod cum duodecim
socijs possint ire ad rogandum socios et amicos
quod sue publice examinationi debeant interesse
quod trepidare vel coreare nullo modo audeant
publice vel occulte et salvo quod pro
bedellis banquerijs et personis alijs
quas habere in suo convivio voluerint possint
tantum xv libras turonensis monete currentis
expensis et non ultra contrarium vero
faciens sine expensi per annum a lectura
et si sic suspensi predicte lecture si
inviscuerint sine sit lectura propria
sine sit aliena dictus annus non
computetur eis in cursu lecture quem
facere debent nec de toto alio anno
sequenti regere possint nec pro baccallarijs
in studio vel alibi habeantur scolares autem
trepidantes seu coreantes occasione premissorum

publice vel occulte per biennium sint inhabiles
ad baccalariatus sive titullariatus honorem
in dicto studio obtinendum

Item statuimus quod in privata examinatione
cuiuscumque ultra sex intorticia non portentur
Prohibemus etiam quod nullus nisi cum
tribus sotijs quando voluerit puncta sua
recipere veniat ad recipiendum eadem et
doctor suus qui cum ipso veniet eodem
numero sit contentus et idem modus quo
ad dictum numerum inveniendo ad audaciam
responsionem cancellarij et redeundo in
crastinum observetur contrarium auctoritate
facientes intorticijs sive eo ipso privati
que in usibus et luminaribus misse
universitatis volumus applicari et nisi infra
duos dies ea libere tradiderint rectori
universitatis in usu dicte misse ut dictum est
expendendum excommunicationis vinculo innodentur

Cum illi qui ceteros regere et dirigere
ac etiam docere habent debeant in suis
actibus maiorem honestatem ac etiam
humilitatem ostendere iuxta dictum sapientis
rectorem te posuerunt noli extolli et alibi
ubi fuerit superbia ibi et contumelia ubi
autem humilitas ibi et sapientia ideo
prohibemus quod nullus recipiens vel recipere
volens doctoratus vel magisterii honorem
audeat ire per villam in equis ad aliquos
invitandos nec veniendo ad locum nisi debet
doctorari seu ad domum suam inde reditus
audeat equitare nec minimis seu ioculatoribus
aut instrionibus vel consimilibus quibuscumque
rationi festi sui aliquid per se vel per alium
seu alios ante vel post directa vel
indirecta propter cibum tribuere audeat
sine dare super numerum vero tubicinatores
et aliorum instrumenta ducentum antiquum
statutum volumus per omnia observari
per hoc tamen circa constitutionem clementinam

super expensis huiusmodi editam nichil volumus
immutari et ut omnia premissa et singula
in capitulo contenta melius observentur volumus et ordinamus
quod volentes incipere titulum aliquem
sive librum vel privatam examinationem seu
publicam subire seu doctoratus vel magisterii
honorem adipisci in quacumque facultate
antequam per rectorem vel cancellarium
admittantur vel ad premissa seu aliquod
premissorum dum seu licentiam concedatur eisdem
iurare habeant in manibus cancellarii vel
rectoris sicut prout ad eos vel eorum alterum
pertinebit omnia premissa et singula inviolabiliter
observare et si cancellarius vel rector non
recepto prius tali iuramento diem seu licentiam
scienter concesserint ipso facto sit excommunicationis
sententia innodatus nisi celeriter sibi providerit
remanente integra dicta licentia revocando

Rector ante Cancellarium nominatur, et mox Cancellarius ante Rectorem, ut equalitas inter eos servetur

Iuramentum in manibus Cancellarii et rectoris prout ad unum quemquam eorum spectat

De Licentiandis et baccallariandis
rubrica

Sicut qui in altum conatur assendere
non per gradus confusioni et periculo se
exponit sic qui ad honorem baccallariatus
vel cathedram magistralem moliuntur
assendere non perfecta et docti vel sufficienter
instructi derisioni se exponunt et finaliter
veniunt in contemptum igitur volumus et
ordinamus quod et cetero nullus scolaris
in iure canonico ad baccallariatus honorem
assumatur nisi per quinque annos iura
canonicam audiverit et libros suos ordinarios
habere noscatur nec ad honorem licentie
admitatur nisi per quinquennium legerit
decretalles exceptis legum doctoribus
qui postquam legerint vel audiverint
per triennium decretalles possint si
idonei reperti fuerint ad baccallariatus
vel doctoratus honorem in canonibus
promoveri abbates autem regulares sub
statuto huiusmodi nolumus comprehendi sed arbitrio
illorum ad quos pertinet licentie et lecture

Concessio relinquatur Ac in jure Civili ad
baccalariatum Assendat nisi legem audiverit
septem Annis et libros ordinarios ipsum
habere nostatur in quo septimo Annum in quo
Institutiones Cum Gramatica vel Logica
audiverit volumus Computari nec ad
Licens in legibus admitatur nisi per sex Annos
Legerit Cursus suos super quibus Cancellario
vel Rectori prout ad eorum Alterum nostitur
pertinere Saltem per proprium Juramentum
fidem facere teneatur Et si cancellarius vel
Rector prout ad quemlibet eorum pertinerit aliquem
vel aliquos in jure Canonico vel Civili
ad predicta vel aliquod predictorum admiserit
vel admiserint Contra tenorem presentis
statuti penam decem Librarum turon ipso facto
incurrat exhigendam per officialem nostrum
thlaunum et in fabricam ecclesie sti Stephani
sedis nostra thlesi Integre Convertendam

hic ad Alterum nos citur pertinere

De filliolis non faciendis
Rubrica

Cum olim quoddam statutum rationabile in
studio Thlanorum super non faciendis filliolis
editum fuerit et bene aliquando diu observatum
Post modum vero servatum non fuerit per
aliquos qui super hoc non prestiterunt
Juramentum Ideo volumus et ordinamus
quod de cetero nullus dator magistri licentie
baccallarius vel scolaris filliolos vel
filliolas faciat in thla seu infra ipsius
vicariam nisi sub conditione modo et
forma inferius expressatis videlicet quod eundo
ad ecclesiam cum filliolo vel filliola et
redeundo octo scotiorum numero sit
contentus non etiam redeundo de ecclesiam
domum commatus intra pro audeat vel
intrare nec dare ratione filliolo vel
filliole cuicumque ad plus ultra unum
denarium aureum vel valorem nec illi qui

assossiabunt eum aliquid possint dare et si
contrarium fecerint doctores magri vel licentiati
decem libras turonens baccallarij vero et
scolares centum solidos turonens penam ipso
facto incurrant exhigendam et convertendam
ut infra in capitulo cum sit vanum videbitur
contineri non tamen per hoc statutum
intendimus cum iuratis de filliolis nullomodo
faciendis in aliquo dispensare

De Lectionibus incipiendis et resumendis rubrica

Cum utillitas ac perfectus studentium ex
lectionibus cum diligentia et attentione
auditis proveniat manifeste et quanto frequenter
legitur tanto inde sequitur major fructus
statuimus quod doctores et magri ordinarie legere
volentes in studio thlano in crastinum festi
sancti luce singullis annis suas incipiant lectiones

Exceptis doctoribus decretum legere volentibus
qui in octava die legibilli post dictum festum
incipere teneantur aliquem ad legendum ordinarie
in dicto studio illo anno nullatenus admittantur
legitimo tamen impedimento cessante super
quo stari volumus eorum proprio juramento
prestando in rectoris manibus per eos et
tunc etiam quamvis impediti fuerint per
aliquem baccallarium vel licentiatum incipere
teneantur Item baccallarius antiqui legere
volentes incipiant nona die post festum
superius nominatim novi autem baccall
ac et novo incipere volentes principere
habeant ante festum omnium sanctorum et
lecturam suam incipere in crastinum animarum
et istud pro primo infra quindenam nativitatis
domini et post modum incipiant legere prima
die legibilli post quindenam pro tertio autem
termino infra quindenam pasche et post modum
die legibilli suas legere incipiant lectiones
prout et aliis terminis superius est expressum

Juramentum in manu rectoris

Aliquem Illo Anno tanquam baccallarij minime
admittantur Impedimento cessante Legitimo super
quo stari volumus eorum proprio Juramento quod
In Rectoris manibus teneantur prestare baccallus
Autem doctorum extraordinarie Legere volentes
super statuto huius volluminis comprehendi diem
Enim Inceptionis Lecture predicti doctorum predicatorum
Arbitrio relinquentes volumus etiam et
ordinamus quod nullus doctorum vel Magistrorum
Cuiuslibet facultatis propter principum
Alicuius de novo Incipientes nisi esset
suus proprius baccallarius suam audeat
dimittere Lectionem nec tunc quamvis sit eius
proprius baccallarius Cathedram descendere
donec scolas Intraverit qui fuerit Incepturus
Item cum uniformitas Lectionum non solum
sit scolaribus grata sed etiam ~~nullum~~ multum
utilis Et quam plurimum fructuosa volumus
Et statuimus quod omnes doctores Cuiuslibet
facultatis Et baccallarij Legentes digestum

Juramentum baccalariorum in manibus Rectoris

novum et Inforciatum et Cetero legant et
legere teneantur per puncta eisdem assignanda per
Rectorem una cum duobus doctoribus antiquioribus
et lectura cuiuslibet facultatis et ut hoc melius
et comodius valeat observari volumus et
observamus quod omnes doctores iuris canonici
et civilis et baccallarii legentes digestum
novum et Inforciatum in eadem parte legere
teneantur ceterum volentes semen hostis antiqui
quantum cum deo possumus penitus extirpare
et cuiuslibet zizanie et scandali ante sui
iuramenti inicia pro viribus admonere
statuimus ut predicatores decretalem firmiter
et minores decretalem cum arte legant annis
singulis alterius vicibus et temporibus
consuetis Augustini vero decretalem maiore
et baptismo et eius effectu quam in
crastinum carnisprimi incipiant hora magistrali
et sequenti die eadem hora quas horas
doctores et magistri actu legentes eisdem
cedere teneantur Provideat tamen ipse
Rector quod summo mane intret et suas
terminet lectiones quod volentes interesse

disputationibus que illis diebus sunt fieri
consuete nullatenus possent per lecturam decretalis
huiusmodi impediri Carmelite autem decretalem cum
venissent de sacra unctione quam in vigilia
pentecostes ~~incipiant~~ perficere totaliter teneantur quas
decretales Augustini et Carmelite legant
annis singulis alternis vicibus prout in
predicatoribus et minoribus est expressum
volumus tamen quod predicatores prima vice
legant decretalem firmiter et minores cum
Marte Augustini maiores et Carmelite
cum venissent ut etiam possumus expensas
superfluas quas doctores magistri licentiati
baccallarii et scolares hactenus facere
consueverunt in torticiis et luminaribus cereis
ratione missae que consueverunt in principio
studii celebrari statuimus quod nullas de
cetero audeat per se vel per alium deferre
aliqua in torticia occasione dicte missae
nec ad domum doctoris seu ad ecclesiam
sed sine in torticiis assistere si voluerint

10 Incipiant post sermonem et infra duos dies sequentes post dictum festum pentecostes

Vollentes quod dicta missa a modo in crastinum
Sancti Luce quo doctores suas legere incipient
lectiones clara die celebretur salvo tamen
quod quilibet doctor dare possit in tortissia
ad servitium dicte misse prout extitit hactenus
bene et laudabiliter observatum dicta vero
missa celebrata quilibet doctor seu magister
cum suis sequacibus suum intret auditorium
et omissis arengiis et prefationibus
quibuscumque divina invocatione excepta
ad textum descendentes suas legere incipient
lectiones et quod nullus licens baccallarius
vel scolaris nisi auditorium doctoris sui
intrare audeat illa die, contrarium vero
facientes penam viginti sol. turon. ipso
facto incurrant exhigendam ut infra
continetur

Nota aux Ordonnances
des estudes et ne faut
point faire de salu-
tation ny de preface

De non substrahendis scolaribus
et pena substrahentium rubrica

Item cetera que studium augent et manifeste

conservant et que studentibus statum afferunt
Gaudiosum principium videtur esse pax et
Concordia animorum unde scriptum est qui
pacis Juvenum consilia sequitur eos Gaudium
quam pacem destruant et dissipant Illi
qui per diversas vias et modos et scolares
substrahunt aliis adquisitos Ideo statuimus
quod quicumque Ex nunc de studio Cuiuscumque
status seu conditionis existat qui pro pretio
amore timore vel minore scolarem vel baccalarium
doctori vel magistro alicui substraxerit
adquisitum et Intelligimus adquisitum pro
Illo anno postquam fuerit auditorium doctoris
seu magistri Ingressus per se vel per alium
seu alios si doctor vel magister aut
baccallarius fuerit actu legens per viginti
dies Ipso facto a suis lectionibus sit
suspensus et si durante suspensione
huiusmodi lectionibus suis se Immiscuerit

ab eis per unum annum sit suspensus Et si infra
annum se immiscuerit Iterato eo ipso sit
excommunicationis sententie innodatus a qua
absolui non valeat nisi prius centum solidi
turonensis per ipsum rectori studii persolutis si
autem scolaris fuit rogans vel inducens
cum effectu ad baccallariatus honorem
assendere non possit et duobus annis et
sit tenere statum seu honorem baccallariatus
adeptus fuerit sit eo ipso excommunicationis
sententia innodatur a qua nullatenus
absoluatur nisi prius soluerit viginti solidi
turonensis rectori superius nominato et baccallario
autem principaliori cuiuslibet magistri
in artibus seu gramatica voluimus antiquam
consuetudinem obseruari

De hospiciorum fraudibus euitandis
rubrica

Cum de iure diuino pariter et humano
via sit fraudibus modis omnibus precludenda

Ideo quia nonnulli secundum sapientis dictum
Moliuntur fraudes contra animas suas
Ut pote studentes in retentione et conductione
scolarium et hospiciorum ex quibus fiunt alijs
Cariora non attendentes preceptum legis
Divinis dicentis quod omnia que per fraudem
quis obtinere voluerit integre restitua
nec etiam humane dicentis neminem debere
ditari cum iactura aliena igitur volumus
et statuimus ne aliquis doctor magister
licentiatus baccallarius scolaris bedellus
banquarius seu stationibus per se vel per alium
seu alios plura hospitia seu plures scolas
conducat nec usumfructuum scolarium
vel hospiciorum emat vel acquirat seu
alias retineat fraudulenter quod eo ipso
presumetur si repertus fuerit scollas
plures seu hospicia conduxisse sed vincto
et vinctis sibi convenienti et convenientibus
sit contentus et quicumque predictorum

contrarium fecerit si doctor magr vel licentiatus
fuerit decem libras turon si vero baccallarius
scolaris vel alignis alius predictorum centum solidi
turon penam rectori infra mensem solvere
teneantur exhigendam et convertendam ut infra
in capitulo cum sit vanum continetur vobiscum
tamen quod principalis conductor solum possit
hospicium vel scolas conducere pro futuro tempore
retinere vel alii cedere quicunque et nichilominus
in fine cuiuslibet anni socios ~~repertos~~ receptos dimittere
et sibi novos associare

Cum in ministris et prepositis artis cuiuslibet
plus officiat mendosa iniquitas quam in ceteris
seu deffectus et institores seu stationarii huius
studii per quos deberet pandi et operiri major
copia librorum in fori exhuberantia caristiam
librorum et raritatem inducat statimus ut
amodo institores seu instationarii huius studii
teneantur sufficienter et donec fide iussorem
prestare ob indempnitate et securitate tradentium

eius Libros causa vendendi custodiendi seu
aliae contrahentium cum eisdem Quinquidem
Institores seu stationarij Jurabunt primo
In manibus Rectoris utilitatem ementium
et vendentium fideliter procurare et
veritatem pretij quod Inde reperierint
venditoribus seu eorum procuratoribus
sine fraude revelare secundo quod prosit
et ad suam utillitatem nullomodo per se
vel per alium Libros aliquos retinebunt
etiam manus pretium ferendo Tertio quod
congregent si possint modo aliquo emptorem
et venditorem vel eorum procuratorem super
venditione faciendo quod si fieri non possit
vendant meliori modo quo poterunt etiam
taxationem pretij In libro scriptam non
sequendo ubi majus pretium reperiret
et restituent Incontinenti pretium ex

Integro venditor nichil pro labore suo vel
alias ultra partem quadragesimam retinendo
per emptorem et venditorem communiter per
solvendam Et quod nec etiam ex pacto
contrahentium seu partium majore valeant
recipere portionem Et si contrarium fecerint
etiam unum denarum vel valorem sibi
appropriando preter reatum perjurii
et infamiam decem libras turon. rectori
universitatis eo ipso solvere teneantur et
nichilominus reddant restituant omnia
que per fraudem voluerant retinere
ordinantes in omnibus que ad suum
officium pertinere noscuntur rectori universitatis
habeant obedire et hoc una cum premissis
teneantur jurare ordinantes etiam quod
teneant petias integras veraces et
bene correctas maxime in jure canonico et
civili que si facere renuerint ab officio

prout ac tempus vel perpetuo pro ipsius
Rectoris arbitrio excludantur nec restitui
possint nisi prius huiusmodi prestito iuramento
inhibentes nichilominus doctoribus magistris
licentiatis baccallariis et scollaribus
universis ut libros suos audeant
talibus inobedientibus tradere ad vendendum
nec ab eis libros aliquos emere. Et
si contrarium fecerint ipso facto penam
quadraginta solidos turonenses incurrant
infra octo dies rectori studii persolvendi
Quam si infra dictum tempus non
solverint sint eo ipso excommunicationis
sententie innodati volentes etiam quod
stationarii seu institores qui nunc sunt
ad omnia et singula premissa faciendi
et iuranda et sub eiusdem penis

teneantur Infra octo dies post quam per
Rectorem fuerunt requisiti

De decenti et honesto habitu
studentium rubrica

Cum secundum beatum Augustinum religiosi
et ceteri clerici debeant aliis dare vivendi
normam et exemplum et ideo in eorum
Incessu statuta et habitu nichil debet
In eis fieri quod cuiuscumque offendat
aspectum Idcirco prohibemus quod religiosi
quicumque et cuiuscumque conditionis existant
In hoc studen studio et cetero non defferant
In urbe vel suburbis thle extra domos
quas inhabitant pedicando redundellos
Curtos nimia brevitate notandos sed
quod vestis interior possit notabiliter
apparere quod si contrarium fecerint lapso

mense a tempore publicationis huius statuti
Computando Ipso facto dictum redundellum
admittant per rectorem pauperibus erogandum
Omnes etiam religiosos studentes In
domino exortantes ut cum cappis per
villam et ad scolas honneste et mature
Incedant Ceteros vero clericos In eodem
studio commorantes precipue baccallarios
cuiuslibet facultatis persuadendo monemus
ut manticis longis vel capis manitatis
utantur pro ut In honorabili parisiensi
studio et Immutatione digno continuo
observatur

N° ad exemplum Parisiensis studij

De Artistis et Grammaticis
Et eorum Lectura Rubrica

Cum ab Ignorantibus magisterij seu

docendi officium assumere non solum sit
indignum sed etiam infructuosum inutile
et dampnosum quia si secus sed ducatum
prestet ambo in foveam delabuntur —
Statuimus quod nullus pedagogus seu alius
eius nomine audeat legere in civitate thlama —
seu in suburbio civitatis eiusdem librum
aliquem seu aliquos ordinarie vel
extraordinarie qui leguntur et legi —
consueverunt per magrorum in gramatica
qui libri sunt doctrinale ebrardus —
alexander et prisciannus exceptis —
pedagogijs et alijs qui de licentia magrorum
petita et obtenta legerent dictos libros
seu aliorum qui concedendi et licentiandi
habuerint super hijs potestatem contrariam
vero facientes penam decem librarium —
turon ipso facto incurrant exhigendam
et convertendam ut in capitulo ultimo —

Cum sit vanum plenarie continetur

De helemosinis clericis pauperibus
erogandis et de domibus
eorundem.

Quia secundum prophetam beatus est
qui intelligit super egenum et pauperem
unde tantum bonum helemosinam facere
quod largiens beatitudinem per ipsam noscitur
obtinere alibi etiam scribitur quod helemosina
a morte liberat et ipsa est que
purgat peccata et facit invenire vitam
eternam propterquod viri ortodoxi et
vere theologici scolastici parisien tam
provide quam salubriter attendentes ab
antiquo servaverunt et adhuc obtinent
et observant quod quelibet domus

scolarium in studio prec. studentium quamvis
etiam de se tenuis et exilis de residuo
fragmentorum mense sue saltem unum
pauperem clericum alimentat sic quod
frequenter contingit ut dicti clerici qui
beneficiati appellantur ad magnum statuum
diminutus sublimati suos beneficiatos
vicenersu promovent et exaltant Idcoque
vos ad similia inducentes attente
rogamus ut in redemptione vestrorum
peccaminum similia faciatis et ut
premissa facere et devote complere vellitis
omnibus et singulis qui premissa fecerint et
ad hoc dederint operam efficassem vere tamen
penitentibus et confessis xl dies de indulgentia
tenore presentis statuti singulis mensibus Julgemus
Item quia secundum doctrinam catholicam
opera sanctorum patrum sunt ab omnibus
immutanda potissime cum ex illis utilitas

Evidens et fructus manifestus sequuntur
Juxta illud filii emulatores estote legis
et mementote operum patrum et accipietis
gloriam magnam et nomen eternum hinc
est quod cum parisiensis studium quod est
aliorum merito regula et exemplar in
quo viri illustres et patres antiqui
clerici et etiam laici deum habentes
preoculis et animarum suarum saluti
salubriter providentes multas domos
multis provenientibus habundantes in subsidium
pauperum studentium clericorum pietatis
intuitu deputarunt perpetuo duraturas
ex quibus domibus plures magistri in theologia
doctores multi et prelati quamplures post
modum sunt effecti pariter et assumpti
variqz modo ut pari effectu nonnulli
viri catholici tholosanam domos plures

redditus plurimos ad substentationem
pauperum clericorum studentium depputatorum
et in sancto Raymundo in decanata; in
domo hospitalis sancti Johannis in sancto
Stephano in sancto Petro et coquinis et de
maynaderia thle sane cum intelleximus
quod aliqui et gubernatoribus dictarum
domorum et elemosinarum non plure
impleant eaque fuerunt a fundatoribus
seu de novo institutis vel alijs alias
rationabiliter ordinata non accedentes dictum
sapientis dicentis elemosinam pauperis
non et fraudes idcirco rogamus et
obsecramus in dno atque statuimus quod
gubernatores dictarum domorum et elemosinarum
perfecte compleant et observent super predictis
et alijs inibi factis et in posterum faciendis
testatorum et instituendorum prout debent pias
per omnia voluntates contrarium vero per

se vel per alium seu alios scienter
facientibus seu premissa debite non
servantibus sit ipso facto ingressus
ecclie interdictus tam diu quousque
predictis domibus et scolaribus et
dampnis condigne satisfecerint et substractis
et ut melius predicta valeant observare
volumus et ordinamus quod cuilibet rector
futurus cum qua poterit dilligentia
investigari faciat et inquiri saltim semel
infra tempus sui regiminis utrum
gubernatores prout compleant debite a
dictorum locorum seu elemosinarum
fundatoribus ordinata quod si reperierit
aliqua minus bene fuisse facta nobis
vel successoribus et officialibus nostris
quam cito comode poterit habeat nuntiare
ut contra eos si necesse fuerit alias

Juris remedijs ipso rectore vel Universitatis
scindico instantes et prosequentes quantum
de Jure poterimus procedamus

De Consilliariorum per
dominum Archiepiscopum ponendo et ab eius
concessis et excessis talia requirenda
rubrica

Dum Corpus misticum tunc obtinet regulatur
cum inveniatur naturale conforme et quia
tunc ecclesiasticus ordo confunditur cum
unicuique sua jurisdictio non servatur Ideo
antiqua statuta renovando statuimus quod
In numero consilliariorum Universitatis studij
Thlam semper unus sit et esse debeat
qui per successores nostros Archiepiscopos Thlis
seu officiales deputetur et deputatus
admittatur et si et quotiens ~~talis~~ taliam

Larcheuesque ne pouuoit imposer cette loy

collectam fieri contingerit per Universitatem
seu per Illos qui preerunt Universitatis
predictis quatenus excesserit summam
Lx Librarum tunc nos et successores nostros
qui pro tempore fuerint seu officialem
nostrum et successorum nostrorum
requirere habeant et a nobis seu
officiali predictis licentiam obtinere

De Statutis Certis Anni
temporibus Legendis et publicandis
Rubrica.

Cum Injurietur Memorie frequenter
Oblivio prudentium doctrina et docuit
adversus oblivionis dispendium scripture
suffragio providere Igitur ne alqui

et cetero pretextu oblivionis seu ignorantie
se valeant excusare statuta presentia auctoritate
apostolica et cetera per nos nomine edicta
quater in anno precipimus publicari vel
per quemlibet rectorem vel per alium et
eius mandato semel infra tempus sui
regiminis quam publicationem fieri volumus
die non legibili ut vacandi materia
eventus substrahatur rector autem qui
publicare isto suo tempore facere obmiserit
penam centum solidorum turonensium ipso facto
incurrat per rectorem successorem exhigendam
quod si successor in exhigendo sit negligenter
habuerit decem libras turonensium successori
rectori solvere integre teneatur

De penis et statutis per quem
eligantur et in quos usus
convertuntur rubrica

Cum sit vanum et inutile statuta condere
et ea non servare penas apponere et non
exhigere volumus et ordinamus quod omnia
statuta ppl̄ica ante per nos edita inviolabiliter
observentur penas autem pecuniarias contra
non servantes in eisdem statutis appositas
per rectorem universitatis exhigi volumus et
levari quem pro suo labore quintam partem
penarum omnium volumus retinere residuum
vero cum consensu doctorum magrorum
et consilliariorum vel majoris partis ipsorum
convertere debeat in utilitatem universitatis
predicte et de perceptis futuro rectori
debitam reddere rationem si autem rector
predictus in exhigenda negligens fuerit
vel remissus nisi de diligentia docere
valeat manifeste quod doctorum magrorum

Et consilliariorum vel maioris partis ipsorum
Arbitrio relinquatur decem libras turonensi
et proprio Rectori successori suo solvere
teneatur et tanquam negligens et remissus
Rectoriatus officio perpetuo sit privatus
Volumus etiam et ordinamus Quod quilibet
novus Rector infra quindecim dies a die
creationis sue computandos et bonis mobilibus
dicte Universitatis Maxime et libris
privilegiis literis et instrumentis in archa
communi repositis inventarium faciat
NO consiliariis convocatis et duobus saltim
presentibus et cum inventario Rectori
successori omnia et singula restituere
teneantur Per hec autem statuta antiqua
statuta seu contenta in eis nisi quatenus
nostrum essent contraria vel eisdem derogarent
non intendimus tollere seu in aliquo immutare
retinemus etiam nobis specialiter et expresse

quod circa predicta statuta et contenta in eis
possumus addere detrahere declarare modifficare
et etiam circa reformationem studij alia
noua statuta facere prout nobis expediens
videbitur sic et quantum de iure poterimus
iuxta potestatem nobis in hac parte per
dominum nostrum summum pontificem
nominatum superius atributam

limitat se ad potestatem delegatam

Quod Anno baccallariandi debeat
audire decretum

Cum rei inaudite singularis pretendatur
ignorantia statuimus et ordinamus quod de
cetero baccallariandi in canonibus non
aliter admittantur ad baccallariatus
honorem nisi per duos annos ante
baccalariatum audiuerint decretum ordinarie
exceptis abbatibus et prelatis aliisque

Legum doctoribus et Licentiatis in quibus
sufficere volumus unum annum nec super
hoc possit vel valeat per cancellarium vel
rectorem dispensari Per hoc tamen non
intendimus constitutionibus Canonicorum
regularium ac monachorum Magistrorum in quibus
Canetur quod audiant ad minus decretum
per triennium in aliquo derrogare

Statutum de Locatione Domorum adque scollarium

Anno domini Millesimo CCC° xl° die
6341 xi^a Exitus mensis Septembris generali
congregatione Mandata per bedellos studii
In domo fratrum minorum et pulsata
Campana dicti studii ut in talibus est
fieri consuetum Nos petrus de Braulangis
Rector solus sine Cancellario magister in Grammatica rectorque studii supradicti

et consilio et voluntate ac consensu dominorum
doctorum Magistrorum Consilliariorum
Licentiatorum baccallariorum et scolarium
Universorum et scindici predicte Universitatis in
Capplo minorum congregatorum statuimus
et ordinamus ad utilitatem studii super
facto hospiciorum et scollarium statuta infrascripta
Primo Item quod et cetero nullus et
Universitate cuiuscumque status gradus
aut conditionis existat per se nec per
alium habeat nec retineat possessionem
plurium hospiciorum vel scolarium sed quod
unico et unicus sit contentus Item
quod nullus pro tradendo vel transferendo
possessionem hospitii vel scolarium in
alium recipiat vel habeat pecuniam
vel aliquid pro transferendo vel dimittendo
rem eandem Item quod nullus possit

allegare retentionem possessionis vel
retentione se iuvare vel possessionem
hospitij seu scolarium retinere ex quo
alluo hospitium vel alias scolas ad
morandum seu legendum se transtulerit
vel per annum extra villam moratus
fuerit sed eo ipso primum hospitium et
primas scolas et eorum possessionem
censeatur dimisisse et in possessionis
eorundem renuntiasse et ut melius omnia
et singula supradicta observentur ordinamus
de consilio omnium predictorum quod
quicumque de studio volens accedere
ad titullariatus vel baccallariatus
honorem seu licentiam vel doctoratus iuret
In manibus Cancellarij vel Rectoris quod
predicta omnia et singula observabit et
In nullo veniet contra predicta vel aliquod

Iuramentum in omnium Rectoris et Cancellarij

predictorum et quod penas incurrat infra tas
Primo si scolaris contra predicta fecerit
per duos annos retardetur a promotione
baccallariatus si baccallariatus a tempore
quo erit presentatus dno Cancellario
pro examinatione privata habenda per
alios duos annos retardetur si licentiatus
a tempore quo voluerit esse doctor per
alios duos annos retardetur a
receptione doctoratus si vero vel magi
legens per alios duos annos a
lectura suspendatur

Anno domini millesimo quadringentesimo
1410 decimo die 9a mensis octobris ad
sonum campane venerabiles et circonspecti
viri magr bernardus Claveti magr in artibus

nota rector nominatur ante Locumtenentem Cancellarij

Et licen. In sacra pagina et rector Nemon
Reverendo patre domini bernardus el
Aurivalle Abbas sancti saturnini Locumtenens
domini cancellarij Johannes Pemans prior
de Aurate In decretis doctores et reverendi
Magri Johannes Garcia scollarum sancti
Stephani et decanus facultatis theologie
Bartholomeus de podio Installi augustinen.
Arnaldus Roberti In scollis Universitatis
Petrus el Grains Sti bernardi Stephanus
el Gano In scolis Sti Augustini Saturnini
Jacobus el bar In scolis predicatorum
Dominicus telladice In scolis carmelitarum
Alfonsus Gamesi In scolis minorum sacre
pagine professores et dni Thomas
benedicti bernardus el ynetio Johannes
Cornely et Gras Arnaldi In decretis
Doctores et magister durandus la galdia
In artibus ac magi Guillermus Rigaldi

In Gramatica Alme Universitatis Thlaue
Regentes et frater Bernardus de Ruppe
ordinis minorum pro baccallariis In
Theologia et dominus Rumundus monachus
decanatus pro baccallariis In decretis
eiusdem Universitatis Consiliarij ad
sonum campane Congregati et convocati
Etiam per bedellos Et moris de Mane
In Capitulo claustrali fratrum minorum
Thlaue pro se Et aliis absentibus prefate
Universitatis ad Infrascripta fideliter peragenda
pro bono honore ac In forma Antedicte
Universitatis fecerunt statuta sequentia
Et ordinaverunt per modum qui sequitur

Primo Statuimus et ordinavimus quod In
die Magisterij vel doctoratus In quacumque
facultate solum dentur birri Infrascripti

presentibus et non aliis vz dominis Cancellario
et Rectori dnis prelatis dominis vicario
et officiali thlano dnis magris in
theologia dnis doctoribus utriusque iuris
dnis magris in medicina et dnis
magris in artibus gra^ca

Item statuimus et ordinavimus quod
nullis et dominis supradictis dominis Cancellario
et Rectori exceptis etiam si fuerit regens
detur birrus nec cirothecae si fuerit absens
et in aula seu magisterio vel doctoratu
non fuerit pnes legitimo impedimento
infirmitatis dumtaxat non obviante
medio iuramento deposito

Item statuimus et ordinavimus quod
baccallarii presentati in theologia nichil dent
nec teneantur dare sub pena prestiti iuramenti

Alicui magistrorum Regentium pro Responsione et ordinaria nec actu Responderunt eius

Item Statuimus et ordinamus quod bedelli nulli Reverendorum magistrorum et in Theologia Regentium dent in Aula Cirothecas pro banquariis sed solum pro ipsemet banquariis si fuerint presentes aliter non Idem Iudicium Volumus quod habeatur et dominis Doctoribus et magistris Adque banquariis Aliarum facultatum

Item Statuimus et ordinamus quod bedelli sub iuramento et fidelitate quibus Astricti sunt dicte Universitati teneantur reddere fidelle compotum de birretis receptis et datis in die magisterii vel doctoratus magistro Novo seu doctori novo insuper et cirothecis

Item Statuimus et ordinamus quod domini Cancellarij et Rector seu eorum Locatenentes non dent a Cetero baccallarijs legentibus et biblicis in theologia licentiam exeundi Civitatem et studium a remotis tempore Lecture nisi pro maxima et urgente necessitate atque rationabili causa.

Licentiam impetrandi baccalarij exeundi a Civitate tempore Lecture, a Cancellario et Rectore

Item Statuimus paupertati graduandorum comparientium et ordinamus quod nullus magister seu doctor vel licentiatus vel baccallarius in theologia seu iure Canonico vel Civili pro festo sui magisterij seu doctoratus vel licentiatus aut baccallariatus sit ausus a cetero sub pena prestiti iuramenti dare minus pro eorum laboribus aliquam summam petimus si eas voluerit habere nisi per modum qui sequitur

Primo Rx detur pro festo Magisterii et Crastine Mynis tribus unum centum et prandium et cenam In die magisterii et prandium In Crastinum

Item Quatuor mynis dnorum de Capitulo eadem die si dicti domini veniant ad aulam dentur octo grossi et Intelligimus casu pro minu Antedicti Velint honorare Magrum In die sui festi In prandio alias non

Item pro festo Signeti et Licen In sacra pagina detur tribus mynis unus florenus de francia et prandium et pro minus dominorum de Caplo si domini veniant ad aulam dentur modo supradicto octo grossi

Item statuimus et ordinamus quod pro festo doctoratus in iure canonico seu civilli seu baccallariatus detur mymis prandium qui sequitur

Anno 4 pro festo baccallariatus si amici baccallariandi voluerint eos habere tribus mymis decem grossi et prandium et pro mimis dominorum de capitulo si dicti domini ad scolas venant dentur sex grossi

Item pro festo publice examinationis et licentie in sancto Jacobo cuilibet trium minorum dentur sex grossi et prandium Item cuilibet tubicinatori tres grossi et prandium

Item pro festo doctoratus primo in vigilia

doctoratus Cuilibz trium minorum dentur
tres grossi et etiam Cuilibz tubicinatori
dentur tres grossi

Item in die doctoratus Cuilibz trium
minorum dentur sex grossi prandium et
Cena Item eadem die Cuilibz tubicinatori
dentur grossi quatuor et prandium Idem
in crastinum doctoratus tribus Minis
dentur tres grossi et prandium Idem eadem
die Cuilibz tubicinatori dentur duo grossi
et prandium

Item Statuimus et ordinavimus quod casu
quod dicti Mini vollent stare supradicte
taxe et ordinationi Precipimus et
ordinavimus omnibus et singulis supradictis
graduandis sub pena prestiti Juramenti

quod nullus habeat eas

1412 Anno domini millesimo quatricentesimo duodecimo
die sexta mensis Julii ad sonum campane
In capitulo claustrali fratrium minorum
de mane congregati reverendi domini Johannes
de Mons decretorum doctor prior decanatus
locumtenens domini cancellarii thlanensis et
magister gerardus bessonis In artibus et
In gramatica professor rector honorabilis
universitatis thlanensis suum consilium convocaverunt
etiam per bedellos dicte universitatis ad
supradicta et infrascripta per agenda specialiter
congregaverunt quo consilio fuerunt
presentes supradicti duo domini et reverendi
In sacra pagina magistri regentes Johannes
gautier scolarium sancti stephani et decanus
facultatis theologiae arnaldus roberti

locum tenens domini Cancellarii ante rectorem

scolarium universitatis Petrus de Granis —
scolarium sancti Bernardi Alfonsus gomesij
scollarium minorum Jacobus bardonis —
scolarium Augustinorum et domini in decretis
Doctores et regentes Bernardus de ynocio
Johannes cornelij hujus Aignelli nemon —
Magister Durandus de la galdia regentes
in artibus et etiam frater Arnaldus
de villanova baccalarius presentatus et —
consilliarius theologie et dominus —
Raymundus de nulle sanctis Canonicus
lasturrensis consiliarius facultatis Canonum
et fuit ibidem conclusum in dicto consilio
quod supradicta omnia et singula statuta
et etiam infrascripta admitum per reverendos
magistros regentes et graduatos alios in
theologia observantur sub penis infrascriptis

Consiliarius Theologie

Contentis ratificando et approbando ac
etiam si necesse sit de novo ordinando et
statuendo supradicta omnia et singula
prout jacent insuper addendo supra scriptis
statutis statuta infrata per modum qui sequitur
et etiam statuendo et ordinando.

Primo statuimus et ordinamus quod
eadem die in simul reverens magri non
disputent in disputationibus ordinariis
graduatorum in sacra facultate citra licentiam
sed solum unius vz antiquior in gradu
magisterii et tunc antiquior magister
precedat juniorem si voluerit disputare
et junior in hoc teneatur cedere antiquiori
in gradu.

Item secundo statuimus et ordinamus
quod simul eadem die non fiant nec ante

prandium nec post duo actus publici in dicta facultate sed dum taxat unus

Tertio statuimus et ordinamus quod omnes graduati et singuli in dicta facultate tam pntati quam baccallarij quam magn studentes quam biblici quam etiam dispositi teneantur teneantur esse in omnibus lectionibus reverendorum magrorum in die quo faciet vesperias aulam et questiones ordinarias et etiam in ordinarijs disputationibus legentis impedimento cessante iudicato per reverendum magrum qui cathedram tenebit

Item quarto statuimus et ordinamus conserventur in dicta facultate vacationes festivitatum et quatuor decretallum

dicte universitatis ut moris est et etiam
diebus vesperiarum et ~~Aule~~ aulae in primis
principijs sententiarum et biblie dum taxat

Item Quinto statuimus et ordinavimus
quod in die Aule Reverendus Magister qui habet
magistrari magistrorum novum et mane horae
doctorali legat unam lectionem si valuerit
ad quam confluant omnes graduati in theologia
et etiam titullarii citra magisterium
et licentiam

Item Sexto statuimus et ordinavimus quod
inter quemlibet duo principia baccallariorum
et bibliorum tam hyemalium quam estivallium
sit una dies inter media

Item Septimo statuimus et ordinavimus
quod biblie nullomodo multiplicentur in

eisdem scollis sed quod sollum in qualibet scolla theologie A ceteris sit et possit esse unus biblicus ordinarius pro lectura hyemalli et alius pro lectura estivalli Item de baccallariis tam hyemallibus quam estivallibus per omnia obseruetur Nisi super hoc a sede apostolica licentia habeatur

Item Octavo statuimus et ordinamus quod graduati citra licentiam et magisterium in facultate theologie qui non sunt de ordine mendicantium veniant ad actus scolasticos cum cappa suo statui condecenti et quod cum illa legant idem obseruentur de magistris nostris et licentiatis in diebus vesperiarum et aulae eorundem

Ad actus universitatis nemo debet venire sine cappa

Item nono statuimus et ordinavimus
quod baccalarii estivales qui debent facere
ante baccallarios hyemales immediate
sequentes sua prima et secunda principia
precedant ut fuit consuetum sub ordine
baccallarios immediate hyemalles ante dictos
succedensque a tertia principia dumtaxat
doctorum baccallariorum hyemalium idem
et biblistis observetur

Item decimo statuimus et ordinavimus
quod biblici suas continuent lectiones
et legant post prandium hora extraordinaria

Item undecimo statuimus et ordinavimus
quod quilibet reverendus magister in sacra
pagina in die qua disputabit legat et
manet suam lectionem ad quam veniant omnes graduati
extra magisterium

Item duodecimo statuimus et ordinamus
quod disputationes ordinarie magistrorum
prout sit in vesperis fiant diebus
hiemalibus ante prandium de mane et
non hyemalibus post prandium hora
extraordinaria ne baccallarij actu legentes
in suis lectionibus impediantur

Item tertiodecimo statuimus et ordinamus
quod tempore disputationum estivallium
nullus graduatus per dictum cancellarium
et dominum rectorem licens ad exeundum
cantatem sed omnes teneantur interesse
in dictis disputationibus nisi in casu
necessitatis iudicium dominorum cancellarij
et rectoris cum consilio sui magistri in
dicta facultate aliter videntur fiendum

Licentia recedendi a Cancellario et rectore

Item decimoquarto statuimus et ordinamus
quod nullus baccallarius a cetero admittantur
per dominum cancellarium et rectorem ad iuramentum
quod prestatur pro lectura sententiarum
nisi per prius respondebit de questione
ordinaria sub magistro vel alicui altero
magistro deputando per dominum cancellarium si
per magistrum suum steterit quod non
respondeat

Item decimoquinto statuimus et
ordinamus quod baccallarii tam hyemales quam
estivales teneantur respondere de
quolibet tempore lecture sue et hoc
post tertium principium sententiarum

Item decimosexto statuimus et ordinamus
quod tempore lecture estivalis sententiarum
et biblie nullomodo in aliqua scolla theologie

possint esse baccallarij et biblici duplicati
sive extraordinarij in simul cum ordinarijs
estivallibus et quod principia quatuor
librorum sententiarum fiant per modum alterius
ordinatum vz primum et secundum in prima
estate et ~~tertium~~ tertium et quartum in secunda
estate ut in casu quo pro iuxta et
rationabili causa dispensaretur cum aliquo
quod faceret primum principium in hyeme
precedente suam primam lecturam sententiarum
Jus baccall. antedicti reservatur Magistro
regenti sub quo habebit sententias legere
in prima estate

Item decimo septimo estatuimus et
ordinamus quod tam in vesperis quam in aula
semper in primo loco proponat decanus et
in eius absentia vel si aliquem Magistrarum

Antiquior magr in gradu et quod in die aule
duo magri iuniores in gradu teneantur respondere
in secunda et tertia questione disputationum
suo ordine que fuerit inter reverendos magros
de secunda vero questione proponenda
per reverendos magros tam in vesperis
quam in aula fiat ad libitum voluntarium
magri eligat tamen unum et antiquioribus

Item decimo octavo statuimus et
ordinamus quod expediretur fiant a cetero
post annum presentem in quo currit rigorosum
de biennio tantum in biennium idest post
duos annos completos a fine presentis
anni expersonum computando incipiendo
primum annum in festo annunciationis beate
marie proxime venturo et quod inter duas
rigorosas interdum si videatur duo

Cancellario et Reverendis magistris Regentibus

possit fieri una gratiosa Itaque Annis
expeditionum dividatur In tres partes
Prima pars Incipiat In festo Annuntiationis
et finiat In Vigillia Apostolorum petri et
pauli et Illa sit pro magistris Antiquis
presentatis secunda vero pars Incipiat In
festo beati michaelis septembris et duret
usque ad festum Nativitatis domini pro
magistris Antiquis presentatis post primos
Tertia vero pars Incipiat In dicto festo
nativitatis domini et duret usque ad
sequens festum ~~anni~~ Annuntiationis et hoc
pro Iunioribus presentatis sic quod exp^nes sint
complete post tres Annos Interpretes
a Primo Anno clausure Cancellarie
Computando et dicta clausura Cancellarie

pro expeditionibus dictorum Theologorum —
Incipiat semper in festo Annuntiationis beate
marie et duret usque ad duos annos
completos sequentes et sic de Incepe fiat
in posterum sic quod non obstante statuto —
super hoc facto si ita mercatur dici per
dominum Azeardum de Gumballo quondam —
Cancellarium thlauum cum sex dumtaxat
Reverendis Magistris Regentibus Anno domini
millio CCC octuagesimo nono tertia die
mensis Junii Quodquidem statutum extitit
factum sine auctoritate et assensu domini —
Rectoris et totius Universitatis qua de
causa Invallidum extitit de Incepe in
futurum post annum Eventum quo computatur
domini millesimo quatricentesimo duodecimo
in quo ut prefertur Currit rigorose
expectetur et clausula sit cancellario usque ad
annum domini millesimum quatrecentesimum decimum quintum

Ceste datte est faulce et faut lire an. 1380 vide notam 3 p 290

statutum factum sine authoritate et assensu domini Rectoris est invalidum

an. 1412

Item decimo nono statuimus et ordinamus
quod bedelli teneantur ut fuit consuetum
denuntiare per scollas universas questiones
disputationum reverendi magistrorum tam aule
quam vesperiarum quam etiam aliarum
disputationum et etiam primam questionem
disputationum estivalium et quod quilibet
quando habebit respondere de questione
reverendi magistri ad finem ne actus occultentur
informet se cum bedello ebdomadario
quando tradet suam questionem si est
aliquis actus fiendus in die sue
responsionis ne fractor dictorum statutorum
valeat reperiri et questionem teneatur
tradere per duos dies ante suam responsionem
ne bedellus valeat a dicta denunciatione excusari

Item vicesimo statuimus et ordinamus quod bedelli teneantur convocare consilium reverendorum magistrorum quando decanus habebit justa statuta tenere consilium super causis dicte facultatis et conclusa in dicto consilio referre dominis Cancellario et Rectori prout ad eorum spectabit officium

Cancellario et Rectori

Item vicesimo primo statuimus et ordinamus quod reverendi magistri transgressores statutorum premissorum nullum habeat emolumentum a baccallariis et quod baccallarii transgressores eorundem statutorum quoad suas responsiones et actus habeantur pro nullis

Item vicesimo secundo statuimus et ordinamus quod alia statuta dicte facultatis admittum serventur ne graduati valeant

degerare et quod quolibet anno in principio primo baccallarij hiemalis Carmelitarum dicta statuta theologie firmarie in dictis scolis publicentur per bedellum ut antiquitus fuit consuetum

Item vicesimo tertio statuimus et ordinamus quod omnia singula statuta theologie ne graduati possint pretendere ignorantiam ponantur et scribantur summarie per articulos in una pelle pergameni fixa in quadam tabulla et quod dicta tabulla cum una cathena in scolis ponatur universitatis et unam aliam similem habeat decanus

Per supradicta autem statuta et alia dicte universitatis facta non intendimus preiudicare [illegible]

facte per dominum nostrum suum pontificem
Baccallarie presentatis antiquis et
etiam baccall. presentatis anno domini
millesimo quatercentesimo duodecimo
quando voluerunt expediri completa
lectura modo et forma in supplicatione
signata contentis

Ad laudem et gloriam Jhesu xpti
Et beatissime virginis marie sue matris
et omnium civium supernorum Amen Viva
teste sapiente ubi non est sepe diripietur
possessio statutaque ut vult boetius
legalium penarum facta sunt propter malos
non propter bonos et qui petat teste
beato bernardo qui ponit et condit statutum
non faciens illud observari imo quod leges
posite sunt prout vult philosophus ut
iuvenes seu homines bene ordinentur boni
premientur mali puniantur et insanabiles

seu incorrigibiles determinentur hinc est
quod nos guillelmus richaldi magister in
artibus et in grammatica ac baccalar in
decretis locumtenens dni joannis de gaurano
utriusque juris professoris et venerabilis
universitati studii thlam rectoris et reverendi
in sacra pagina magri domini doctoris
utriusque juris et magri utriusque artis
regentes ac etiam consiliarii dicte
universitatis ad sonum campane ut moris
est congregati certa statuta antiqua
pro bono regimine dicte universitatis
ad memoriam reducimus prefatis statutis
aliqua adeundo et nonnulla etiam alia
de novo statuendo per modum qui sequitur

Locumtenens rectoris

Primo quod statum dicte universitatis
antiquum factum de veniendo ad missam

beatissime marie virginis diebus dominicis
In domo predicatorum sub penis ibidem contentis
Inviolabiliter observetur adijcientes quod
reverendi In sacra pagina magistri regentes et
veniendo ad dictam missam legitimo
Impedimento cessante sub dictis penis
similimodo futuris temporibus obligentur
ad idem et sermonibus ad clerum dicti
universi per omnes cuilibet facultatis
volumus per omnia observari

Magistri in sacra pagina debent interesse missae

Item adijcientes statuimus quod nullus
discurrat per ecclesiam tempore quo dicetur
missa et vespere prefate universi
In prefata ecclesia seu alibi diebus dominicis
et festivis seu In alijs peculiaribus
missis dicte universitatis nec collocationes
et fabullationes per aliquem seu aliquos
Ibidem fiant maxime cum populus et hoc

quam plurimum scandalizetur Et nichilominus
Deus offendatur a dijciendo quod bedellus
ebdomadarius tempore quo dicuntur
prefate misse et vespere discurrat
per ecclesiam et omnes quos reperierit
circa hec vitiosos describat in una
cedulla et nomina illorum et cognomina tradat
thezaurario universitatis et ad finem quod
valeant pro pena retardare a suis gradibus
recipiendis per annum vel plus secundum
quod videbitur secundum exigentiam culpe
domino rectori consilliarijs dicte universitatis

preterea judicit
rector ~~[illegible]~~ rebellibus
et contumacibus
pro suo arbitrio ~~[illegible]~~

Item de novo statuimus et ordinamus
quod quilibet studens scollaris cuiuscumque
conditionis seu status fuerit vel existat
in quacumque studeat facultate a cetero

Et status sous
approuvés et
confirmés par
l'arrest 2 en mon
livre

quolibz anno faciat se describi seu se scribat
In quadam Matricula seu Libro quam seu
quem reperiat penes thezaurarium dicte
Universitatis et hoc infra xv^m dies sui
adventus In quacumque parte anni
venerit adic sui adventus Computando
dicendo nomen cognomen locum diocezim scolam
et nomen rectoris vel magri exprimendo
et etiam dicendo se scollarem In primo
anno vel In secundo et sic alijs et
si talis non faciat se describi In dicta
matricula seu libro ut dictum est
seu non reperiatur descriptus minime
privillegijs dicte Universitatis gaudeat nec
ad honorem Ipsius assumatur Idem
de baccallarijs cuiuslibz facultatis quo ad
tempus lecture volumus Inviolabiliter
observarij adijciendo nichilominus quod

quilibet studens scolaris adultus cuiuslibet
facultatis quando faciet se describi seu se
scribat in dicta matricula seu libro —
Juramentum et obijciendo domino Rectori —
prestare habeat dictis thezaurarijs seu eius
locumtenentibus licitis et honestis

Item adijciendo statuimus quod statutum
antiquum dicte Universitatis Auctoritate
Statutum authoritate Apostolica factum
apostolica factum et solvendi sallaribus dominis
doctoribus et Magistris et ne non quitando
dicta sallaria ad habitandum fraudes et
malitias que propter hoc consueverunt —
Evenire prout in dictis statutis latius
continetur futuris temporibus sub penis
in dictis statutis contentis inviolabiliter
observentur adijcientes attento quam maxime

nonnulli studentes scolares monitiones super hoc
aliter factas ut moris est non formidarunt
nec etiam formidant nec iuramentum super hoc
per eos prestitum violare non dubitarunt
seu dubitant in dampnum grave et suarum
animarum periculum ac a cetero ad
petendum et degerendum illicitus patea
additus Quod nullus studens scollaris
cuiuscumque facultatis existat ad
gradum baccallariatus ~~etiam~~ assumat nec
baccallarius etiam per suum in theologia
magistrum vel dominum doctorem seu doctores
vel magistros in artibus seu in gramatica
ad subeundum privatum examen domino
Cancellario seu eius locumtenentes presentes
Nisi prius per cedullam thezaurarii dicte
Universitatis fidem fecerit Quod omnia
sallaria solvit suprascripta suis domino doctori
seu magistro vel doctoribus seu magistris nec
dictus thezaurarius seu eius locumtenens

dictam Cedullam tali scolari vel baccallario tradere habeat nisi per prius testimonium habuerit a suis dno doctori vel magro seu doctoribus vel magris quod dicta sallaria integre solvit

Item statuimus et ordinamus quod et cetero non tradantur pecunie universitatis ~~Cominis~~ communes alicui persone seu personis etiam et mandato domini rectoris seu eius vices regentis nisi per prius communicato consilio ad minus cum consilliarijs regentibus Illius Anni

Ita tamen quod tam dictis domino rector quam consilliarij testificentur pro subscriptione manuum propriarum in cedulla vel in libro et summa pecunie tradenda seu tradita et ordinarium eiusque et causa quare sine nominibus proprijs

et cognominibus aliter prefatus thezaurarius
seu eius vicem gerens nulli pecuniam
antedictam habeat tradere. Et si thezaurarius
vel eius vices gerens nulli pecuniam
antedictam ollositum facere attemptaverit
universitatis tradicionem huiusmodi pecunie sic
factam in compotis nullomodo admitta
Immo dictus thezaurarius seu eius vices
gerens prefatam pecuniam dicte universitatis
solvere teneantur exceptis hominibus
ordinarij puta campane obitus domini
cancellarij cantorum illius qui claudit
scolas domorum et reparationum scollarium
vel aliquibus munitis exceptis usque
ad summam dum taxat unius scuti

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Item statuimus et ordinamus quod
thezaurarius seu eius vices gerens prefate
vicem gerens prefate universitatis teneantur

semper quolibet Anno ante festum beati Luce
per decem dies ad minus reddere dominis
rectori et regentibus cuiuslibet facultatis
prefate Universitatis Compota et receptis
et expensis omnibus factis nomine sepe
dicte Universitatis quam si facere contempserint
seu obmiserint teneantur pro prima die
solvere misericordie Luminarie dicte Universitatis
triginta solidos thlanorum et pro qualibet
aliorum dierum in qua obmiserit dicta
compota reddere decem solidos turonensium
parvos adiicientes quod summa finalis
tam et receptis quod expensis dictorum
computorum describatur semper in uno
libro per ~~dictor~~ dictum dominum rectorem
vel eius locumtenentem vel et eius mandato
et quod dictus liber reponatur et
custodiatur in archa magna dicte

Universitatis quatuor clavium

Item statuimus et ordinamus ac negotia dicte Universitatis per deffectum consilij habendi quovismodo pereant quod cuilibet vocatus ad consilium per dominum rectorem seu eius locumtenentem vel regentem teneatur semper evenire legitimo impedimento cessante dicto si venire sic vocatus contempserit seu obmiserit teneatur solvere luminarie dicte Universitatis si magister in sacra pagina vel doctor in artibus seu in gramatica magistri duos solidos thlaurensis sicuti est ordinatum et missis dicte Universitatis cum crescente contumatia crescere dicitur et pena

Rector cum consiliarijs tractat negotia Universitatis

Item statuimus et ordinamus ut confusior horror penitus evitentur dicto a cetero in

Congregationibus honorarijs et Reverendis
pro parte dicte Universitatis Alicui dno
seu Aliquibus cum Arenga fiendis omnes
domini prelati et Reverendi in Theologia
Magri domini doctores utriusque Juris
et magri utriusque Artis Licentiati
Nobilis baccarij magri studentes ad que
scollares cuiuslibet facultatis vadant
suo ordine bini et bini Prout fit
parisius et in allijs Universitatis ut
consuetum est etiam observari in dicta
Universitate thlaneae in processione Sti
Sebastiani et hoc isto modo vz quod
No. primo precedant domini Cancellarijs
et Rector seu dnus Rector in absentia
dni cancellarij seu eius Locumtenens cum
illo qui habet facere Harenzam deinde
domini officiarij utriusque potestatis

IIa prout fit Parisius

Notet le recteur et le Chancelier vont ensemble en la procession de saint Sebastien

Si qui interfuerint demum veniant seu

Prelati quo ordine incedant

Incedant domini prelati Posthea in
Theologia magri deinum domini doctores
in decretis posthea domini doctores in
legibus Posthea magri in medicina
deinum magri in artibus Posthea magri
in gramatica Consequenter licentiati suo
ordine secundum preheminentiam facultatuum
ut supra ordinatum est et descriptum
de doctoribus et magris deinum sequuntur
seu veniant nobiles posthea baccallarii
cuiuslibet facultatis iuxta preheminentiam
facultatum ordine quo dictum est
superius de doctoribus magris
adque licentiatis et baccallariis est
ordinatum adiicientes quod quilibet in
Theologia magr doctor cuiuslibet facultatis
et magri cuiuslibet artis portent semper

In dictis congregationibus birrum
flocatuum in capite vel in manu et si aliquis
prefate Universitatis in futurum cuiuscumque
gradus seu conditionis fuerit supradictum modum
incedendi in prefatis congregationibus honoris
et reverentiae observare contempserit seu
negligerit teneatur solvere luminarie prefate
Universitatis pro qualibet vice duos solidos turonenses
parvos

Cum secundum sanctorum patrum et
doctorum sacrorum Catholica documenta
merces et bravium presuponat in
adulterio semper laborem et meritum
precipue in dedicatione et deputatione
pro servitiis licitis et honestis hinc
est quod nos anno domini millesimo CCCC°
octavo die decima octava mensis

1408

Rector solus

Januarij Durandus Lagaldia magi in
artibus rector et reverendus pr dns
de Aurivalle decretorum doctor Abbas
Sancti Jacobi et Viteris Aetuon reverendus in
sacra pagina magri petrus et petra
Augustinorum Johannes Garcia Sti Stephani
Johannes Bertrandi Sti Saturnini Arnaldus
Roberti Universis Bernardus Bassoneli
predicatorum petrus de Grams sancti
Bernardi Jacobus de abbatia carmelitarum
Stephanus de Gano minorum Azcardus de
Riparia Legum doctor Andrinus
Bredevort Actu regentis Alme Universis
Venerabilis studij thlani atque Arnaldus
de Pinolys licens in decretis baccallarius
in utroque tenens auditorium domini
Johannes de fabrica Legum doctoris et
frater petrus Bomalti baccallarius in
Theologia Arnaldus Guillermi Machensis

baccallarius in legibus et frater petrus
de scotibus studens in theologia consilliarij
eiusdem universitatis presentes in civitate theol.
pro se et nomine absentium nomine dicte
universitatis attendentes emolumenta maxima
et obventiones varias que bedelli
antedicte universitatis continuere recipiunt
a facultate theologie seu a graduandis
eiusdem modicos labores et sinitia que
prefati bedelli secundum quantitatem
supradictorum emolumentorum ac obventionum
eiusdem animatim impendunt et exhibere
precipue in scolis antedicte facultatis
existentes et congregati in capitulo
claustrali fratrum minorum theol. ordinamus
et statutum fecimus et per presentes
statuimus et ordinamus quod bedelli
presentes pariter et futuri in scollis

Creatio nouj Rectoris



In cuius presentia super sancta Iurare fecimus die
qua supra quod supradicta omnia et singula
fideliter observabunt et exequantur In-
futurum Ista est ordinatio seu statutis
fol. 113 v. 15 locorum baccalar. tam In sedendo quam
Arguendo In scollis Infrascriptis et
conformiter Omnium Aliorum graduatorum
seu graduandorum et etiam dispositorum
et statuta Infrascripta de sedibus pro
facultate theologica fuerunt facta
per Almam Universitatem Venerabilis
studii Thlani In collegio Sti Martialis
Cum Instrumento publico recepto per
magistrum petrum de fontaine notarium
publicum thlis Anno dni millesimo quadringentesimo
1404 quarto die nona mensis
septembris

Item statuimus et ordinamus quod a cetero baccallarij in theologia sedeant in scolis theologorum per modum qui sequitur

In scolis predicatorum

Primo sedeat baccallarius minorum

Secundo carmelitarum

Tertio Augustinorum

Quarto Universitatis

Quinto sancti Stephani

Sexto sti bernardi

Septimo sancti Saturnini

Octavo predicatorum

In scolis carmelitarum

Primo baccallarius predicatorum
Secundo minorum
Tertio Augustinorum
Quarto Universitatis
Quinto Sti Stephani
Sexto Sti Bernardi
Septimo Sancti Saturnini
Octavo Carmelitarum

In scollis Universitatis

Primo Baccalarius Predicatorum
Secundo minorum
Tertio Carmelitarum
Quarto Augustinorum
Quinto sancti Stephani
Sexto Sti bernardi
Septimo Sti Saturnini
Octavo Universitatis

In scollis minorum

Primo baccallarius predicatorum

Secundo de augustinis

Tertio Carmelitarum

Quarto Quinquagenarum

Quinto Sancti Stephani

Sexto sancti Bernardi

Septimo sancti Antonii

Octavo minorum

In scollis augustinorum

Primo baccallarius minorum

Secundo predicatorum

Tertio Carmelitarum

Quarto Quinquagenarum

Quinto sancti Stephani

Sexto Sancti Bernardi

Septimo sancti Saturnini
Octavo Augustinorum

In scollis sancti stephani

Primo baccallarum minorum
Secundo predicatorum
Tertio Augustinorum
Quarto Carmelitarum
Quinto Universitatis
Sexto sti bernardi
Septimo sancti Saturnini
Octavo sancti stephani

In scollis sti bernardi

Primo baccallarum predicatorum
Secundo minorum
Tertio Carmelitarum
Quarto Augustinorum

Quinto Universitatis

Sexto sancti Stephani

Septimo Sti Saturnini

Octavo sancti Bernardi

In scollis sancti Saturnini

Primo baccallarius minorum

Secundo predicatorum

Tertio Augustinorum

Quarto Carmelitarum

Quinto Universitatis

Sexto Sti Stephani

Septimo Sti Bernardi

Octavo Sti Saturnini

Reverende In xpo pater Et domine

Domine mi rector Alme matris nre

fol. pro vers. in initio

Nota alloquitur tantum rectorem

Rector est Pater et Protector Jurium Graduatorum

Universitatis Venerabili studii Thlam cum vos
pater et protector Jurium Graduatorum seu
graduandorum non solum Intraneorum sed etiam
extraneorum esse Censseamini ex officio
potissime extraneorum qui non habent in
hac regia urbe qui eos in suis Juribus
manutenant et deffendant Idcirco volens
animum vestre dominationis et veritate pnti
omnino Informare et ut me in meo Jure
velitis manu tenere et conservare Cum ego
frater petrus Mazeti Provincie turonie
ordinis minorum fuerim secundum tenorem statutorum
papalium et gnalium dicti ordinis in capitulo
gnali Monetus ultimo celebrato electus
ad Legendum sententias ordinarie pro parte
ultra montana in venerabili conventu thlem
pro anno dni millesimo quatercentesimo vicesimo
prout ex tenore Literarum reverendissimi

generalis patris generalis ministri
Antedicti ordinis sigillo eiusdem sigillatorum
apparere potest quarum tenor est
talis In Christo sibi carissimo fratri petro
mazoti provincie turonie frater
Anthonius de pareto ordinis fratrum
minorum generalis minister et servus
salutem et pacem In domino sempiternam
Cum per viam scrutinii omnium vocalium
nostri generalis Capituli In festo pentecostes
Anno domini millesimo CCCC° decimo octavo
vicesima die mensis maij mantue celebrati
ad quos spectabit electus fuerit concorditer
ad legendum sentencias In conventu thlauro pro
Anno tertio parti ordinis ultramontane
Debito secundum papalia et generalia nostri
ordinis Instituta de tua vita laudabili et
sufficienti ad docendum fide dignorum testimonium
Informatus de omnibus ministeriorum et

Magrorum assistentium in dicto Capitulo generali
consilio et assensu te in prefato thlaurin-
studio et conventu pro antedicto casu
dictam partem Ultramontanam contingente
baccallariatum cum sequella Magisterij
consequendi. In theologia facultate instituto
et institutum demutio per presentes mandans
Ubi ad meritum obedientie salutaris quatinus
Uno bono fratre socio de scitu tui ministerij
provincialis assumpto qui tecum ire debeam
et moram qui sit ibi studens quandiu
moraberis in prelibato conventu nichil
contribuendo ad predictum locum te
transferas tempore oportuno ad te preparandum
ad legendum et actus alios scolasticos
secundum consuetudinem dicti conventus et
studij exercendum secundum gratiam a domino

tibi datam Tu autem quandiu stabis In
prefato conventu gratis libertatibus Immunitatibus
que baccallarijs legentibus In dicto Thlauo
studio conceduntur Uti valeas et gaudere
pacifice Concede nec aliquis me Inferior
per obedientiam salutarem te audeat quomodolibz
Impedire Gardianus vero et magi regens
Ceterique fratres prenominati Conventus
Te ad honorem ordinis Ipsorumque perfectum
solicite laborantem habeant Carius
In domo commendatum Et si dictos actus
scolasticos sufficienter perfecteris ac libere
et aliud Canonicum non absistat In loco
et ordine tibi debito Iuxta morem studij
supradicti te debeant Cancellario Universitatis
tholozane promovendum ad magisterium
presentare eidem ex parte ordinis
Supplicando Ut te vellet feliciter expedire

Vale Xpo Jhesu et ora pro me datum
Loco et tempore quibus supra Denique
super dicta lectura sententiarum et baccallariatu
ordinario orte fuerint lis et controversia
Inter me ex una parte et fratrum franciscum
Galterij huius provincie aquitanie parte ex
altera ventilateque et agitate fuerint
per ambas antedictas partes coram reverendo
magistro dno barrani tunc vicario dicte
provincie aquitanie et etiam coram venerabili
consilio prefati conventus thlem per aliquod
tempus tandem ambabus partibus antedictis
consentientibus concorditer conclusum
fuerit per dictos vicarios et consilium
quod supracta lis et controversia
remitterentur reverendissimo patri generali
antedicto per eum decidenda et quidquid

Ipse super hoc ordinaret per nos ambos
Indubie teneretur et etiam per prefatum
conventum Ihesu Postmodum vero prefatus
Rmus pater Gnalis In Curia Romana
et In Civitate florentie existens
Inclusit et ordinavit quod ego
essem In dicto conventu Ihesu magistri
Studentium pro Anno Dni millesimo CCCC°
decimo ~~nono~~ nono pro ut ex tenore
litterarum prefati Reverendissimi patris
gnalis suo sigillo sigillatarum
constat Quarum tenor talis est
In Xpo sibi Carissimo fratri
Petro Magoti provincie turonis
frater Anthonius Anthonius
et pereto ordinis Minorum
ministri et ~~[illegible]~~ sanctissime
salutem et pacem In Domino

sempiternam et tua vita laudabili
et sufficientia ad docendum fide
dignis testimoniis et levius informatus
et multorum magistrorum in sacra pagina
professorum aliorumque proborum fratrum
consilio et assensu te in conventu Thesauri
pro isto secundo anno magistrorum studentium
institui non obstantibus quacumque alia
institutione per me facta seu litteras
a me in appositum quomodolibet emanata
et institutum denuncio per presentes
mandans tibi ad meritum obedientie
salutaris quatinus ad dictum conventum
quam citius poteris debeas te
transferre executurus ibidem
magistri studentium officium secundum 1o

1o moren pro fati studij et secundi gratia

Gratiam ad nostro tibi datam cum gratijs et
libertatibus privilegijs et immunitatibus
que Magistris studentium inibi conceduntur
fratribus vero prenominati conventus
te ad honorem ordinis ipsorumque
profectum continue laborantem carius
in domino recommando valle in xpo
Jhesu et ora pro me datum florentie
die sexta mensis octobris anno domini
millesimo CCCC° decimo nono in super
etiam et ordinavit quod ego anno
immediate sequenti videlicet domini millesimo CCCC°
vicesimo in dicto conventu legere sententias
extraordinarie cum sequella regentie
dicti conventus prout etiam ex tenore
literarum dicti patris generalis sub sigillo
sigillatarum apparere potest quarum tenor
talis est in xpo sibi carissimo

fratri petro mazoti provincie turonie
frater Anthonius de petro ordinis
minorum gualiter minister et servus salutem
et pacem in domino sempiternam de
tua vita laudabili et sufficienti
ad docendum fide dignis testimonijs
clarius informatus de multorum
magrorum in sacra pagina professorum
ac aliorum proborum fratrum
consilio et assensu te in conventu
et studio thlamo baccallarium
extraordinarium pro tertio anno sec
cursu institui cum sequella regentie
habita prius a sede apostolica de ipsa
regentia disputatione speciali et
institutum denuntio per presentes mandamus

tibi ad meritum obedientie salutaris —
quathinus assumpto uno bono fratre socio
qui tecum hec debeat et morari ad dictum
Conventum te transferas tempore debito
executurus ibidem baccallarij extraordinarij
officium secundum gratiam a domino tibi datam
tu vero quandiu in prefato Conventu —
stabis gratijs et libertatibus privilegijs
et immunitatibus que baccallarijs —
extraordinarijs in prenominato Conventu
legem conceduntur uti valeas et
gaudere pacifice fratres autem iamduti
Conventus te ad honorem ordinis
ipsorumque profectum continue laborantem
habeant carius in dno Commendatum —
declarans nichilominus per presentes quod
regentia ordinaria que incumbit fratri —
francisco galteri ex sui baccall officio

sit semper salua vale in xpo Jhu Et
ora pro me Datum florentie die
sexta octobris Anno dni millio CCCC°
decimo nono Consequentez vero
Sanctissimus in xpo pater Et dominus
nr dominus martinus diuina prouidentia
papa quintus eandem regentiam prefatam
Conuentus thle mihi dederit Et
concesserit prout ex tenore quarundam
Literarum trium reuerendissimorum in xpo
patrum Et dominorum Sancte romane
Eccle Cardinalium sigillis eorum
Impendenti sigillatarum sufficienter
constare potest quarum tenor talis est
Miseratione diuina Jordanus
Episcopus Albanen Johannes titulli sancti

Laurencij In damaso Et petrus tituli
Sancti Stephani Incelliomonte presbiteri sacrosancte
Romane ecclesie Cardinales et Ursinus
montaragon Et de fuxo Communiter nuncupati
Commissarij ad Infrascripta Auctoritate Apostolica
specialiter deputati Dilecto nobis In Christo
fratri petro mazoti ordinis fratrum
minorum provincie turonie Salutem in
domino exhibita Siquidem Sanctissimo
In Christo patri Et domino nostro domino
Martino divina providentia pape quinto
Tua petitio continebat quod reverendus
pater frater Anthonius de pereto
eiusdem ~~ordinis~~ ordinis generalis minister
et multorum In sacra pagina professore
Ac aliorum proborum fratrum dicti
ordinis Consilio Et assensu te in
conventu Et studio thlauro baccallarium

Extraordinarium pro tertio Anno seu cursu
cum sequella Regentie dummodo prius super
hoc a sede apostolica et ipsa Regentia dispensationem
specialem obtinens duxit instituendum
ac institui prout in certis litteris ipsius
generalis ministri super hoc tibi concessis
latius vidimus continere supplicasti
dno nro pape quatinus tecum super
dicta Regentia dispensare seu dispensari
mandare misericorditer dignaretur idemque
dominus nr papa vive devotis
supplicationibus inclinatus nobis Iordano
Iohanni et Petro Cardinalibus predictis
Oraculo vive vocis commisit et
mandavit quatinus auctoritate apostolica
super predicta Regentia tecum dispensationibus
litteras que nostras super hoc tibi opportunas

Concederemus ea propter nos Cardinales
Commissarij supradicti ut dictam sequellam
Regentie obtinere et exercere valeas
Auctoritate apostolica predicta et de mandato
prefati domini nostri pape oraculo vive
vocis nobis ut premittitur facto constitutionibus
et ordinationibus apostolicis necnon statutis
et consuetudinibus ordinis conventus
et studij Thlam predictorum ac alijs
quibuscumque contrarijs non obstante te
cum presentium tenore dispensamus In
quorum omnium et singulorum fidem et
testimonium premissorum presentes nostras literas
sigillis nostris proprijs appensis munitas
tibi ducimus concedendas Datum
florentie sub anno a nativitate
domini millesimo quatercentesimo decimo nono
Indictione duodecima die nona mensis

octobris Pontificatus prefati dni nri
pape Postmodum Viro Caplum
provinciale prefate provincie Aquitanie
In conventu Castrarum In festo Pentecostes
proxime preterito Celebratum Me etiam
Iuxta ordinationem prefati Reverendissimi
patris gnalis Instituerit et ordinaverit
et Ita In tabulla diffinitionis dicti
Capituli scriptum et Lectum publice
fuerit Rx Ego pro dicto Anno dni millio
CCCC xx° sententias Extraordinarie
Legerem et essem baccallarius Cum
Sequella Regentis In sepedicto Conventu
Thlis prout ex tenore Literarum Reverendi
In Xpo patris provincialis ministri
huius provincie Aquitanie suo sigillo
sigillatarum constat quarum tenor talis

Est In xpo Sibi Carissimo fratri Petro
Mazoti provincie turonie magro Studentium
thlo fr Raymundus fratrum minorum
In provincia Aquitanie minister servus
Salutem et pacem In domino Sempiternam
Cum ex diffinitione nri provincialis
Capituli In festo pentecostes Castris
Nonitis Celebrati secundum ordinationem
Reverendissimi patris nri gnalis ministri
fueritis Institutus et assignatus ad
Legendum sententias extraordinarie In
Conventu thlo Cum sequella Regentis
dicti Conventus hiemaliter pro Anno
pnti Idcirco tenore pntium mando vobis
ad meritum obedientie salutaris quatinus
predictis baccallariatus extraordinarij officium
Cum sequella Regentie Ut prefertur
Suscipiatis Susceptumque Cum omni
diligentia exequamini tempore opportuno

transferendo vos ad conventum thle secundum
gratiam a domino vobis datam sub prelatorum
eiusdem conventus ~~obed~~ obedientia moraturus
quibus vos carnis in dno recomendo —
valete in xpo Jesu et orate me —
Datum Castris tempore nri —
provincialis capli in festo pentecostes
ibi celebrati Anno dni millio CCCC°
vicesimo Consequenter vero
ego in dicto capto presens existens
pro manutenentia et deffentiona iuris
mei in lectura ordinaria sententiarum dicti
anni in prefato conventu coram dicto
reverendo patre ministro et diffinitoribus
ac vocabulis dicti capli publice et
alta voce protestatus solempniter fuerim
etiam et post modum in secretis
modo et forma in quadam cedulla —

per a, b, c, divisa expressis et contentis
quarum unam partem habet dictus reverendus
pater minister penes se et ego aliam
cuiusquidem cedulle et verbo ad verbum
tenor talis est Coram vobis
reverendo in Xpo patre Raymundo ministro
honorabilis provincie Aquitanie sacre
theologie professore excellentissimo et aliis
reverendis in Xpo patribus diffinitoribus
et reverendis magistris Nemon et vocalibus
ac aliis eiusdem provincie in cappo vestro
provincialis Castris in festo pentecostes
nomine celebrato congregatis post
lecturam tabule vestre diffinitionis
et mane et die vicesima nona mensis
maij anni presentis ego humilis filius
vester frater petrus Mazoti provincie
turonie et magistri studentium conventus

Thle pro pnti Iuridice et publice ac alta
voce protestor Quod ego volo stare per omnia 10
ordinationi reverendiss. in Xpo patris nri. generalis ministri
per ipsum florentie facte super baccallariatu
conventus thle pro anno presenti dum tamen
suum securius statum dum reversus fuero thle
quod ego habeo regentiam dicti conventus
statim dum fuero effectus in sacra pagina
magister et dicto modo per universitatem
et conventum in baccallarum extraordinarium
receptus aliae protestor Quod ego per
vram lecturam in tabula diffinitionis
predicti vestri provincialis capli factam
non intendo non intendo derrogare
nec prejudiciare iuri meo super baccallariatu
ordinario dicti conventus thle pro anno
pnti quod habeo et habebam secundum
statuta papalia et gnalia nri ordinis

Antequam dicta ordinatio esset facta super
dicto baccallariatu inter me et fratrem
franciscum Galterii vestre provincie hinc
quantum possum invidice et in hiis scriptis
me oppono in dictis lectura et ordinationi
non assentio protestando insuper de
prosequendo invidice hinc meum super dicto
baccallariatu ordinario anni presentis coram
illis superioribus ad quos spectabit de
iure commutatio vel divisio et requiro
tenore presentium quod super dictis protestationibus
sitis michi omnes testes et ad maiorem
certiorem coppiam dictarum protestationum
per A. B. C divisarum penes me retineo
die et loco quibus supra Anno domini millesimo
CCCC^mo vicesimo dictaque protestatio
per prefatos reverendum patrem ministrum
diffinitores vocales dicti capituli per me

factam admissa fuerit volens ab ordinatis
superius per meos superiores quomodo
recedere sint demare dum tamen hus
regentis dicti conventus michi reservetur
per vos et almam matrem nram universitatem
thlanam insuper et volens ostendere quod
ita vollo facere vobis hy xpo patri et
domino domino meo et rectori almi
matris nre universitatis thlanensis prefati
humiliter supplico et cum multiplicata
instancia vos quoro quathinus vellitis
me recipere et admittere ad baccall
supradictum cum sequella regentis iuxta
contenta hy supradictis literis meorum
superiorum et me recommissum habere hy
iure meo me manutenendo ego autem
perpetuis pe temporibus orabo dominum

Nota rectoris tantum hic fit mentio / ostam questionem de recevoir by doctores regens Theologiae /

pro statu felici vestre metuendisse paternitatis
Quamquidem conservare dignetur Christus
Jesus in statu honoris et gratie
Longevis temporibus Amen

De omnibus supradictarum literarum copiis
Ego frater Petrus Mazoti Ordinis
fratrum minorum provincie Turonie
de die in diem et quando cumque
per vos dominum rector vel vestros successores
fuero requisitus sive per almam matrem
nostram universitatem paratus sum cum
originalibus fidem indubiam prestare
etiam et ex presenti si vobis placeat

Demum post prefatus pater generalis
scripsit
scripsit Conventui thlano antedicto presentem
litterarum cuius tenor talis est venerabilibus
religiosis Gardiano ac magistris in sacra

pagina Ceterisque fratribus et Consilio
Conventus Thlam de ordine fratrum
minorum detur

Carissimi fratres in Xpo. post salutem
domino quoniam que occulta sunt et obscura
deducenda sunt ad lucem ut clarius
cognoscantur ut sic error omnis tollatur
et medio et scandalis obviet ea propter
vobis notum facio harum serie litterarum
quod cum in generali Capitulo nuper Mantue
Celebrato fuerint aliqui pro parte
Cistomontanorum specialiter deputati ut et
promovendi ad lecturas sentenciarum in studiis
generalibus diligenter providere deberent
pro parte Ultramontanorum in conventu
vestro thlam fratrem bertrandum et prato
vernone pro primo Cursu deputaverunt
et fratrem Jacobum et placentia pro parte

Cismontanorum pro secundo et sic reperitur
in tabula diffinitionis unde si error
quis ~~Artus~~ artus est non fuit culpa mei sed
ipsorum cum et talibus non habeam claram
notitiam sed frater Jacobus de placentia
sponte remittens loco sui fratrum franciscum
Galterii institui est verum quod cum frater
petrus Mazoti provincie turonie fuerit
per me baccallarius pro tertio anno
legitime institutus iuxta tenorem
obedientie sue ignorans ordinarii studii
vestri et conventus nec illis qui fuerunt
positi in tabula diffinitionis volens
iniuriam facere et ne ipse frater petrus
defraudetur totaliter ea propter ipsum
pro isto secundo anno magistrum studentem in vestro
conventu institui non obstante quod alius per
me fuerit institutus et non et baccallarius
extraordinarius in prelibato conventu pro tertio

Anno deputavi Et si dispensarem de
regentia a sede apostolica obtinere potuerit
regentie etiam sequellam assignavi eidem
Ita tamen quod hic regentie fratris
francisci galteri maneat semper salvum
Deinde Caritatis vestrae exortor
efficassia quantum possum ut fratrem
hernium lopediet socium assignatum
prefatto fri petro mazoti mei contemplatione
habeatis singulariter recommissum Et eum
pro studente in vro Conventu benigniter
admitatis quod si feceritis ut spero
gratissimum habebo Alia pro presenti non
occurrunt scribenda valete feliciter et
orate pro me datum florentie die sexta
octobris 1419 frater Anthonius de
pereto generalis Minister ordinis
Minorum

Quoniam sacro et egregio doctore
1423 J p 441 Inde opere monachorum Augustino Atestante
In ea vita ubi doctores fuerunt laboriosi
Ibi opifices fieri debent numerosi Nam
Maledictus homo qui partem suam facit
deteriorem insuper et apostolo dicit
qui altari servit et altario vivere debet
et qui etiam spiritualia seminant sanas
suple doctrinas metere debent et
temporalia Jure etiam est et sapiente in
sacro codice biblie et docente tollenda
In quid et vitanda pro posse sunt
Inconvenientes ne pessimum parciant
Riparum et divisionum exitum quoniam
ubi non est spes decipietur possessio
Hinc est ergo nos infrascripti Johannes
Crivelli decretorum doctor Cancellarius
Cancellarius Tolosanus, thlaunes et Petrus hugo de portello

Rector Universitatis

Legum doctor et regens ac rector alius
Universitatis studii Ylam et Joannes
Garcie decanus facultatis theologie
ac scolarium sancti Stephani Arnaldus
Roberti scolarum Universitatis Bartholomeus
de Roquali scolarum sti Bernardi Johannes
Ysrael scolarum minorum Mondinus Gancheron
scolarum Augustinorum et Raymundus
Cavallerij scolarum carmelitarum in sacra pagina
magri et regentes Nicolaus Raymundus de
Arenys prior decanatus Hugo Aignelly
Bernardus Andree Andreas Sancij
Bertrandus de Clusello et Johannes
Radulfi in decretis doctores et regentes
ac Gaillardus Dancij et Stephanus
Maderij legum doctores et regentes

iuxtum Arnaudus de Bosco et Bertrandus
Sallarci in medicina magistri et regentes ac
Anthonius Bonis et Anthonius Bardino
in Artibus magistri et regentes ac Johannes
Juvenis et Michael Villanci magistri in
Artibus et regentes in Gramatica ac
fratres Petrus de Vispo baccallarii
presentatus in theologia pro baccallariis
et Petrus textoris dispositus ad
sententias pro scolaribus in theologia
Consiliarii prefate alme universitatis
studii Thlam attendentes omnia et singula
superius allegata et quam plura etiam
alia unanimiter et concorditer anno
Domini millesimo CCCC° ccm° die
1423 duodecima mensis maii que fuit dies
festo Assentionis dni in Capitulo
Claustralli fratrum minorum post
sermonem universitatis de mane ad

Infrascripta peragenda specialiter ibidem per
bedellos Universitatis prefate vocati et
congregati statuimus et ordinamus
sequentia futuris et perpetuo temporibus
inviolabiliter observanda per dominos
Cancellarium et Rectorem ac omnes Regentes
et consiliarios dicte Universitatis sub
pena prestiti juramenti

Primo quod a cetero dominus
Cancellarius et Rector conjunctim
vel divisim nullomodo convocare nec
congregare consilium ad faciendum
aliquam remissionem seu gratiam de
juribus seu emolumentis communibus
vel particularibus pertinentibus ad
thezaurariam ut moris est dicte

Prohibetur remissio jurium

Universitatis ratione ex causa doctorandorum
In utroque iure et in casu quod absit
oppositam fuerint quod quilibet ipsorum
violator prefati statuti habeat solvere
thezaurario dicte Universitatis unam
Marcham argenti seu valorem eiusdem et
hec totiens quotiens venerint in
oppositum prefati statuti

Secundo quod nullus supradictorum
Cancellarius vel Rector aut Regens
vel locumtenens cuiuscumque facultatis
sit ausus a Cetero quomodo proponere
vel rogare in communi vel particulari
dum Cancellarium vel Rectorem seu aliquem
Regentem vel consiliarium dicte Universitatis
quod fiat aliqua remissio seu gratia
alicui doctorando in utroque iure et
iuribus seu emolumentis communibus

vel particularibus ut moris est —
Sepedicte Universitatis ratione et ex causa
utriusque doctoratus et in casu quod —
absit quod aliquis ipsorum veniret in
oppositum quod solvat unam marcham —
argenti valorem eiusdem thezaurarii dicte
Universitatis et hoc quo totiens quotiens
venerit in oppositum supradicti statuti

Tertio Rectoris Cancellarius vel Regens vel Locumtenens
vel rector
eorundem seu aliquis et Regentibus
vel consiliariis dicte Universitatis —
Nullomodo sit ausus prebere assensum
nec etiam vocem suam dare in casum
quod in consilio dicte Universitatis per
aliquem proponetur vel rogaretur

Etiam In particulari quod fuerit aliqui
Doctorando In utroque Jure aliqua
remissio seu gratia ab Juribus et
emolumentis pertinentibus ad thesaurariam
presate Universitatis In communi et
particulari ratione et ex causa utriusque
doctoratus Juris Canonici et Civilis
et casu quod oppositum faceret quod soluat
unam marcam Argenti seu valorem
eiusdem thesaurarie dicte Universitatis
et hoc totiens quotiens veniet In
oppositum supradicti statuti

Quarto Quod per omnia supradicta statuta
Inviolabiliter observentur In Magistrandis
In theologia ac doctorandis In una
facultate et magistrandis In medicina
et In Artibus et Ita ea volumus

Intelligi sicut et doctorandis in utroque
Jure

Quinto Quod a Cetero absque quacumque
difficultate quilibet doctorandus in
utroque Jure in antedicta matre nra
Universitate thlana soluat integra Jura
pro quolibet gradu doctoratus utriusque
Juris tam communia quam particularia dicte
Universitatis thezaurario et quod nulla fiat
et et dictis Juribus seu emolumentis
remisso seu gratia quovismodo futuris
temporibus Item statuimus et
ordinamus et magistrandis in uno
gradu tam in theologia quam doctorandis
in Jure Canonico vel Civilli et magrandis

tam in medicina quam in artibus futuris
et perpetuis temporibus observandum

Sexto Quod a cetero nulli illorum qui
habebunt in aliqua facultate remissione
publice et jurabunt ac promittent expediri
infra tempus statuti quod recipiendum
gradum in quacumque facultate nisi per
prius soluat integra jura vel deponat
in manibus thezaurarii et in casu quod
aliquis dominorum cancellarii seu rectoris
vel regentis vel locumtenentis eorundem aut
aliquis regentium vel consiliariorum oppositum
in communi vel particulari concederet vel
faceret quod totiens quotiens veniet in
oppositum supradicti statuti quod soluat
thezaurarie universe unam marcham argenti vel
valorem eiusdem

fiat prorogatio temporis ultra tempus statuti

Septimo Rx In eum casum quod aliquis supradictorum dominorum Cancellarii vel Rectoris vel Regentis seu locumtenentium eorum aut Regentium vel consilliariorum vel alius ab ipsis proponeret in consilio universitatis vel rogaret in oppositum quovismodo supradictis statutorum in toto vel in parte quod statim pro responsione per dominos Cancellarium vel Rectorem vel Regentem vel locumtenentes eorundem presentetur supradicta statuta et ordinationes ad fines ut essent actibus propositionibus vel recognitionibus

Octavo Rx supradicta omnium et singula statuta in fine officii cuiuslibet Rectoris in ecclesia predicatorum die dominica post missam universitatis

Legantur publice per bedellum cum
aliis statutis prout est fieri consuetum
ut aliquis in posterum ignorantiam
quovismodo dictorum statutorum possit
pretendere in toto vel in parte

Nono statuimus et ordinamus quod in
statutis facultatis theologice factis tempore
domini Aycardi de Gumballo Cancellarij
Thlam et domini petri raymundi de podio
buscano legum doctoris rectoris Alme
universitatis studij Thlam anno dni millio
trecentesimo octuagesimo nono in quibus canetur
est quod primum statutum quod in nulla theologie
scola admittantur insimul aliquo tempore
duo baccallarij et addatur hec clausula
nisi aliter videretur domino cancellario
et rectori fiendum de voluntate et assensu

Rector Alme universitatis statuta anni 1389 confirmantur

omnium regentium et consilliariorum vel
maioris partis eorundem

Decimo statuimus et ordinamus quod
nullomodo tollantur supradicta omnia statuta
vel aliquod ipsorum seu in eis dispensentur
quovismodo sed inviolabiliter perpetuis
et futuris temporibus observentur sub
pena prestiti juramenti et etiam addantur
statutis antiquis dicte universitatis

De quibus omnibus et singulis dum
se agerentur et fierent ibidem magister
vitalis Godouus bedellus et scandicus
antedicte universitatis requisiti in
notarium infrascriptum nomine et vice dicte
universitatis quatenus conficerem et
reciperem unum vel plura publicum vel

in presentia testium infrascriptorum

publica Instrumenta Consilio sapientis
vel sapientium ordinatum vel ordinata
substantia facti in aliquo non mutata
quod et feci testes etc.

Supradicta autem omnia et singula
statuta et ordinationes prefati dni
Cancellarius et rector necnon omnes
regentes et consilliarii superius nominati
antedicti universi anno die mense
et hora ac loco quibus supra
unanimiter et concorditer pro se suis
futuris successoribus manualiter
tactis sacrosanctis evangeliis iuraverunt
publice et servare inviolabiliter promiserunt
futuris temporibus

Extrait deuement collaté a son original par
moy secrete du roy maison et couronne de france

Disarny

Fratez Johannes abbas Cistercij
Cabilon diocesis omnium et singulorum
monasteriorum et locorum regularium
utriusque nri Cistercien ordinis gnalis
ubique visitator et reformator cum
plenaria ipsius ordinis et cappli gnalis
potestate dilectis nobis in xpo filijs
provisoribus et scolaribus collegij nri
sancti bernardi tholosan pntibus et
futuris salutem et aquas sapientie
salutaris ubertim haurire et fontibus
salvatoris summis precordiorum affectibus
eo frequentius prosperum statum nostrorum
ordinis collegiorum et maxime collegij
nri sancti bernardi thlaucen desiderantes
quo magnificentiores hactenus honoris
et honestatis fructus sacer ordo noster

ex eo suscepit Lustratis pariterque visitatis
grandi cum labore ipsius nri ordinis
monasterijs in spaciosissimis linguis
occitane et aquitane partibus scitis
Randem apud Almam Civitatem thlanam
octo decim venerabiles Coabbes nros
vicinorum monasteriorum Congregavimus
ut cum eis tum super cōibus ordinis
rebus et agendis tum super reparatione
reppopulationesque eius collegij in quo
unicum reperimus scollarem maturae
cum deliberatione tractaremus eorumque
provido consilio et unanimi super
estatu eiusdem collegij cum officiarijs
Rmi patris nri dni Georgij de Amboisis
sancte sedis prothonotarij ac commendatarij
monarij nri grandissimi appunctaremus

Ipsiusque collegii quod mirabiliter recognosum
Invenimus restaurationem procuraremus
facta autem inter nos premissos
Amicabili et rationabili conclusione
Et invento quod idem dominus
Commendatarius magna liberalitate
Ut nobis et preclari est animi
Multisque scientiis et virtutibus
Adornatus Jan Centum quinquaginta
Librarum turonensium summam cooperiere
novi dormitorii Ceterisque reparationibus
necessariis collegii hoc anno applicandis
Assignaverat intendatque infra brevi
tempus claustrum dicti collegii et
Alia edifficia necessaria ad pristinum
Et necessarium statuum reducere
quemadmodum eloquentissimo narratu
Egregii ac literatissimi patris nostri domini

Johannis Farandat In sacris Canonibus
Licen. Eiusdem Canonici Ipsius domini
prothonotarij Vicarij In pntia prioris
Ac nonnullorum Religiosorum eiusdem
Monasterij Dedicimus Unanimi omnium
nrorum Consensit Constituimus
Et ordinavimus Dilectum nobis In Xpo
filium fratrem petrum et balle eiusdem
mo.rij grandisilue Religiosum Et pntatum
Ipsius collegij provisorem qui Cum sine
fuerit sequassibus non quidem Ut non
tam dampnabili quam dampnosa
consuetudine hucusque factum est
Segregatus sit a quotidiano Imo
continuo studen. contubernio Innumeris
alijs rebus secularibus taliter
ocupatus quod nullam det operam

Literis seu actus scolasticos peragat
aut gradus alme universitatis recipiat
sed potius ipse provisor ad instar
famosissimi Collegii nostri sancti bernardi
parisiensis de Lucepe cum scolaribus
Cameraysis debitanque a monasterio iuxta
formam benedictine provisionis recipiens
scolares iugiter versetur comedat
disputet legat reparationes seu
conferentias lectionem in diversis scientiis
per se et alios idoneos faciat actuum
actus publicos et solempnes in alma
universitatis fieri solitos ut ceteri
peragat et gradus suo tempore
recipiat ut sic domino iuvante
humanaque providentia quod in se est
faciat advocatus et congregatus

ad dictum collegium ex universis
monasteriis iuxta decretum benedictum
pollaribus ex suavissimis scientiis salutaris
fructibus in dicto collegio colligendi
inde claustra nostre religionis harum
regionum literis pro tidolor hiis diebus
plurimum vacua tali medio refici
adornariqz mereantur decentiorem vero
huiusmodi sancti prepositi explectionem
immitantes fructuosissimi regiminis modo
in prefato nostro parisiensi collegio
laudabiliter observatum inferius scriptas
ordinationes et statuta edidimus et
irrevocabili decreto constituimus volentes
mandantes et ordinantes eosdem
ordinationes et statuta sub pena
subscripta respectum a quolibz dictorum

studentium tam presentium quam futurorum
prout quemlibet concernere potest aut
poterit Inviolabiliter observari

De officiis divinis

In primis ad eaque divini cultus
honorem et animarum salutem concernunt
mentis nostre Amen dirigentes ordinamus
quo futuris perpetuis temporibus quandiu
In dicto collegio fuerunt tres sacerdotes
scolares et supra singulis diebus
hora debita per provisorem et seniores
assignandi In eodem collegio sultim una
missa sine notis que per monasteriis
Conventualibus esse debeat per
unum dictorum religiosorum ordinarie
secundum septimanas assignanda In

capella dicti collegij Celebretur —
dominicis vero diebus ac solempnitatibus
sermonum Applorum si fieri possit ipsa
missa cum vigilijs et vesperis alta
et honorabili voce mediocriter decantetur
In eadem capella quibusquidem missis
ceterisque diuinis officijs iuxta —
depositionem prouisoris cum consilio —
seniorum pulsandis dispositionem et
ordinationem vniuersos et singulos eiusdem
collegij studentes tandem a principio vsque
ad finem interesse volumus cumque
tantus ac talis fuerit studentes numerus
In eodem collegio vt merito diuino —
seruitio addendum aliquid videatur
per nos aut generalem capitulum debite
prouidebitur quicunque vero prefatis

divinis servitijs non interfuerit seu
negligenter in eis se habuerit per promissorem
ipsa die privabitur aut a vino aut
pitancia aut utroque taliter quod
emendatus alijs cedat in exemplum
vigilet etiam promissor ad sciendum
quomodo stollares residuum divini servitij
persolvunt compellatque quemlibet sacerdotem
etiam non intitulatum ad missam
et celebrare bis aut ter qualibet
septimana non sacerdotes vero premissa
sacramentali confessione recipiant corpus
domini in magna missa singulis diebus
sollempnitatum pro minori qualibet die
vero circa primam vigilliam noctis
ut promissori expediens videbitur ad
sonum campane omnes et singuli
conveniant ad capellam cantatae

reverenter Anthiphona salve regina
et a promisore dicta collecta dataq3
aqua benedicta singuli dormitorium
intrent ipsumq3 statim claudatur et quod
decidere indemnitatem seu pigrore invenerit
debite moneat castiget puniat et
emendet

De promisore

Quia vero inordinata multitudo
parit confusionem est quod necesse in
spiritualibus et mysticis sicut in
naturalibus unum caput habere a quo
sensus motus directio et imperium
in membra et subditos deffluat ut
~~intend~~ inde tota eorum virtus
subvenetur qua propter promisori

modernis huiusque posse iuxta felicissimi
recordationis domini Benedicti pape
duodecimi ordinationem corrigendi et
absoluendi eosque studentes sicut proprii
abbates proprios subditos corrigere
et absoluere possunt in monasteriis
suis ita tamen ut dicti studentes a
potestate proprii abbatis exempti
aliquatenus non existant tenendique
capitulum sive in capella in aptiori
loco prout prouisori magistro regenti et
duobus aut tribus professoribus per
prouisorem ad hoc vocandis opportunis
videbitur iuxta morem ordinis et
mane quotiens decreuerit ipsum prouisor
ibi conuocandi ad sonum campane
uniuersos scolares et eos hortandi dicendi
necnon iuxta applicam formam arguendi

obsecrandi castigandi et emendandi eosque
cum consilio magri regentis ac duorum
aut trium ex confessoribus si causa
requirat incarcerandi et inde penitentia
paracta condigna liberandi ordinandi
quoque et precipiendi tam in virtute
salutaris obedientie quam sub pena
excommunicationis et alia rationabili
pena quecumque debito regimini mo^rij
necessaria seu expedientia videbitur
et inde nichilominus cum decreverint
absolvendi cogendi insuper ac compellandi
scolares quotiens opus erit ad vivendum
honeste et religiose secundum
formam studentium ordinis nri actuum
ad exercendum frequentandum et continuandum
actus scolasticos in lectionibus et

reparationibus questionibus et disputationibus
Ceterisque profectibus scolasticis etiam
ut decenter scribant manu et intellectu
sub pena per eundem promissorem taxandis
agendi ac faciendi exercendi ac prosequendi
Inferius designata: et ea tangentia prout
ad officium suum expectant non expectato
magistro regente si absens fuerit cui
promissori damus auctoritatem capiendi
incarcerandi et pro delicti qualitate
puniendi universos et ordinis religiosos
quos in civitate reperit Gironagos
et absque suorum abbatum expressa
licentia in eandem civitate inventos et
illos expensis suorum monasteriorum
ad ea remittenda.

De Confessionibus

Districtissime prohibemus universis

studentibus in eodem Collegio existentibus
et qui pro tempore erunt ne extra mortis
articulum cuicumque presumat nisi
aut proprio abbati aut provisori aut
confessoribus ab eo deputandis ne ut
absque speciali licentia capituli generalis
presumant sibi acquirere aut retinere
quicumque confessionalis quarumcumque
indulgentiarum extra ordinem aut eis uti
quomodolibet que omnia iam dudum propter
gravia et experta animarum pericula
generalis capitulum pro personis ordinis
revocavit et cessavit universis personis
ordinis expresse prohibens ne quis
absque speciali licentia capituli generalis
talibus uti presumat confessoribus
vero vel discretioribus studentibus

per promissorem Institutis et Instituendis
consimillem in audiendis confessionibus studentis
et dandis absolutionibus damus
Auctoritatem et potestatem generalem et
Laudabili Institutioni et consuetudini
habent in monasteriis confessores ab
Abbatibus constituti

De magistro regente

Insequentes mandata apostolica Laudabilia quoque
Instituta sacrosancte religionis nostre
ordinamus de Jurepe ultimum doctorem
in sacra pagina omnes et honores regentis
in eodem collegio cum antiquis fructibus
stipendiis et emolumentis habere qui cum
promissore fraterna dilectione conveniens
et concordans simul cum eo electionibus

Et perfectu studentium tractabit applicatumque
universis studentibus pro eorum capacitate
et facultate scientiis et lectionibus prout
eis et non ipsis studentibus oportunum
videbitur ipseque magister regens debitam
reverentiam et religiosam subjectionem
provisori debitam ubilibet exhibeamus
Cum eo gerat curam de lectionibus
disputationibus atque gimnasiis seu scolis
truncamentis studentium tam in ville pro
quam extra sollicite invigilando
ut ipsi scolares actus scolasticos
publicos universitatis et presertim
facultatis theologie frequentando
non alibi pretextu dictorum actuum
divertant Studeat insuper dictus
magister regens taliter cathedram ville pii

legere et decorare quod inde studentes
fructum ordoque reportent.

De Juramentis noviter venientium

Priusquam noviter veniens gremio
studentium associetur provisor ad sonum
campane congregatis omnibus in capitulo
vocet ante se eum qui noviter venit
eique exponens gratiam par abbatem
et conventum sibi factam super eo quod
inter alios notabiles et zdoneos sui
conventus tanto honore donatus est
ut cum statu sancte religionis ad
proficiendum in moribus et scientiis
deputatus sit et ad illam inclitam domum
transmissus quamobrem summo opere sibi

cauendum ne Iuxta Boetij dictum tempus
perdat et expensas frustretque non
solum seipsum aut monasterium suum sed
etiam sacrum ordinem nostrum locum
Quinque fructuose studentis occupando
Indeque ab eo presentibus omnibus solempne
recipiat Iuramentum quod nunquam
per se vel per alium directe vel
indirecte clam vel palam veniet aut
consensiet venire contra quecumque
sacri ordinis nostri privilegia aut statuta
sive laudabiles consuetudines nec contra
ea a quocumque tam ecclesiastico quam
seculari quoscumque bracis aut expeditiones
Impetrabit aut Impetrari consentiet
sive Impetralis aut Impetrandis
se Iurabit seu Impetrantibus

consentiet sed quam primum impetrantem
senserit illum illico an nobis an generali
capitulo an commissario nostro in partibus
Thlaniae seu provisori pro minori revellabit
Item jurabit quod pro posse suo omni tempore
vite sue servabit honorem et utilitatem
ordinis nostri tam in communi quam in particulari
et personarum ipsius Item quod nunquam
per se vel per alium directe vel indirecte
de die vel de nocte introducet seu
introduci aut recipi faciet sive consentiet
recipi quancumque mulierem suspectam in
aliqua parte collegii aut domorum
circonstantiis sive cuicumque tali mulieri
ibidem favebit aut quicumque ministrabit
quinimo si qualiter cumque sciat aliquam
huiusmodi mulierem per quae piam in aliquo
dictorum locorum esse esse introductam
seu receptam illico et absque mora totum

quod servivit provisori et in eius absentia
magro regenti manifeste revellabit —
Item iurabit quod nullatenus in dicto
collegio servabit quoscumque magnos gladios
vel ensis seu quecumque arma —
Innasma aut habitus secullares et
ab ordine non receptos seu regularibus
personis ordinis nri prohibitos Item
iurabit quod non innabit se qualitercumque
privilegiis universitatis adversus —
abbatem proprium aut quemcumque —
abbatem religiosum ordinis nri iurabit —
etiam quecumque benedictus duodecimus
in sua reformatione CXXX et iuramentis
magrorum et baccallariorum ordinavit —
Item quod scienter et ex proposito non
franget aut dampnificabit hostia —

muros vel alia edifficia aut ad edifficationem Collegii pertinentia aut dampnum inferet et si sciuerit aliquos talia fecisse illico denunciabit prouisori

De Lectionibus et exercicio scolasticorum

Nouiter ad dictum Collegium gratia studendi applicantes sub magna dissiplina regulari et scolastica tam per prouisorem Magistrum regentem quam per confessores et alios iuxta laudabilem morem absque quacunque inhonestate aut superflue expensa teneantur sed sufficiat quod eorum quilibet pro iocundo aduentu viginti solidos gratiose recreationi studentium et eorum quibusque necessitatibus

Communibus decem solidos arbitrio provisoris
magistri regentis et duorum aut trium
confessorum applicandis solvat hosque
denarios provisor recipiat et sicut
dictum est secundum oppinionem premissorum
distribuet et in quolibet anno vel
sepius si velint computum reddat
et reliqua illicoque applicentur scientiis
et lectionibus non ut eis sed dictis
provisori et magistro regentis videbitur
absque quorum arbitrio et sciens nullus
presumat se alicui lectioni aut sciencie
ingerat si autem fieri potest dicti provisor
et magister regens expensis studentis
provideant ipsis scolaribus pro
lectionibus ordinariis et magistris
et exercitatis qui singulis diebus

Legibilibus veniant Lectum In collegio
Lectionis signo campane significatae
diebus vero non Legibilibus In universitate
Alter eorum Magistrorum Legat universis
studentibus collegii et poetica vel rhetorica
aut ceteris artibus humanitatis pro
Lectionibus autem extraordinariis
quotidianisque reparationibus Lectionum
post refectionem et ut eis melius
videbitur Adque pro disputationibus
ter aut quater In septimana promisso
aut magistri regentis deputabunt quos
ad hoc optiores Judicabunt ex
studentibus compellendo universos sub
gravissimis penis Ad non nisi Latine
Loquendum si autem promisso et magistro
regente videatur expediens quod aliqui
studentes debeant gratia Lectionum Ad

Aliqua Universitatis collegia transire
Idipsum taliter disponant quod eorundem
studentes Utilitati Cedat nec inde occasionem
Emagandi seu deviandi a religiosis moribus
sumant quibus provisori et magistro regente
Cum consilio duorum aut trium confessorum
damus Auctoritatem remittendi ad propria
monasteria scolares quos Inquietos nimis
negligentes seu Ignares aut desides
dissolutosus aut discolos Maxime
Si post Terciam admonitionem Emendari
Noluerint Compellentes per ordines
Censuras eorum Abbates admittendum
Alios aptiores cum debitis provisionibus

De Effectione

Adveniente hora refectionis Jubeat
prior cui voluerit campanam pulsari qua
audita omnes maturo et religiose ad
aulam communem accedant et lotis manibus
provisor dicat benedicite secundum
formam ordinis detque benedictionem
legenti etiam in presentia abbatis exceptis
quatuor primis filiabus omnes que
silentium teneantur etiam post lectionem
donec provisor dicto benedicite loquendi
facultatem contulerit ubi non
vernacula lingua aut de quacumque
re nisi de scientiali et honesta
quempiam loqui absque debita
punitione per provisorem infligenda
permittimus peracta vero refectione
et dicto tu autem prior ipse aut

eius Locumtenens dicat gratias ordinis —
deinde incipiant repetitiones seu disputationes
ubique suos ordines prout fuerint in collegio
recepti servantes exceptis illis qui ad —
gradum baccalariatus seu puntati assumantur
qui alios precedant et interesse suos
gradus observent districte prohibemus
omnes alias extraordinarias particularias
conversationes ad quarum extirpationem —
volumus provisorem viriliter per ordinis
censuras decretare Percipiens magistro —
regenti et confessoribus ut cum singulariter
in hoc rei conforteret et ad iuvenem quod
si non fecerint ordinamus sub pena —
depositionis eidem provisori ut nos
veraciter et alonzinum informent.

De dormitorio

Sic volumus et ordinamus
honneste et religiose disponi vigillantiaqz
ac sollicitudine promisori regulari ut in
eo non fiant superflui accessus et recessus
extraneorum studentesque modeste et
diciplinate in eo se habere ut nullos
clamores intemperatos nullas derisiones
nullasve insolentes aut ludos facere presumat
poterunt tamen honneste gratia conferentis
alter alterius cameras intrare prout
promisori expediens videbitur et simul
horas bassa voce legere prohibentur sub
grani pena ut in eodem lecto duo vel
plures dormiant absque eiusdem promisoris
speciali licentia cuiusque dormitorii hostia et
portas cum bonis ~~serris~~ seris et
clavibus singulis noctibus hora competenti
promisor per se vel per aliquem fidellem

et discretum ad hoc per eum deputatum
usque ad mane firmabit clavem semper
cante conservando et cavendo ne aliquis
suspectus exitus petat in eodem dormitorio
inhibentes nichilominus ne quispiam ibi
decipere presumat secularem aut religiosum
quempiam ad dormiendum sine expresso
consensu provisoris

De porta Collegii et Exitu studen

Ad tollendum non solum occasiones
sed etiam et species mali districte in veritate
salutaris obedientie et sub excommunicationis pena
mandamus et percipimus provisoris
ut singulis noctibus post pulsum
de ave maria in sancto saturnino aut

Citius tempore hyemali in excessu noctum
per se aut per fidelem et discretum ad hoc
per eum deputatum claudat portam claustri
Ceterasque portas per quas fuerit exitus
de collegio cum debitis seris et
clausis aut sufficientibus obstaculis factaque
debita visitatione per dormitorium et
alia loca collegii per provisorem aut
alium fidelem et idoneum per eum
deputatum ipsum dormitorium ut dictum
est claudat nec presumat quispiam
studentem sub pena carceris exire primam
portam collegii aut portam capelle in hiis
exeuntibus sive de die sive de nocte absque
expressa licentia provisoris excepto magistro
regente et ipsis presentis seu baccallarii
quos provisor et magister regens tanto
numero dignos reputabunt Si quis autem

482-484

portas Civitatis absque expressa et
determinata ac specifficata licentia provisoris
exire sine per Civitatem tabernas aut
quecumque suspecta loca aut suspectas
societates frequenter presumpserit Illico
redierit Carceribus mancipetur et post
modum si priori magistro regente et
duobus Antribus et Confessoribus per
provisorem vocandis virum fuerit ad
monasterium tanquam infructuosum et
pernitiosus ut premittitur remittatur
Provisor autem taliter providebit cum
Illo qui clavem prime porte et capelle
de latere vini ac alterius vici ad
hortum tenendum et aliarum
consimilium servabit per ordinis censuras
quod ipse sic debite et regulariter
claudam quod nullum inde dedecus seu

Quicunque studens contra Iuris dispositionem
alium percusserit seu alteri notabiliter
Iniuriatus fuerit vel alteri crimen imposuerit
quod sufficienter probare nequiverit qui
etiam facta et secreta ordinis seu dicta
vel acta in capitulis nostris extraneis
personis revellaverit presertim aliquibus
qui non sunt de ordine nostro irremissibiliter
penitentiam substineant in statutis et
diffinitionibus ut super hoc pro
discretione provisoris expressum
graviterque puniatur per provisorem qui
invando dixerit per caput vel per
ventrem dei sive alias blasphemias
in divinam maiestatem protulerit
aut qui ex consuetudine denoverit
nominaverit et non qui turpiloquia
aut carnalia verba nominaverit

Aut ludos scacorum alearum seu tapilorum
tabularum aut cartarum frequentaverit Aut
Inhonestatem aliquam verbo Aut facto
status religionis indecentem perpetraverit

Conclusio

Et autem premissa omnia que
perfunctorie propter collegii presentem in
deppositionem tetigimus nec non ea tangentia
atque ab eis rationabiliter deppendentia
efficaciter, ubi quando et secundum
quod opus erit impleantur districte
sub gravissimis penis tam dispositionis
ab officio quam emissionis ab studio
et aliis per nos aut qualem capitulum
taxandis mandamus et precipimus

provisori qui pro tempore erit ut omni
molitie et non dissimulatione post
posita virili et constanti animo
debitum suum faciat tam in si quam
in aliis districte etiam sub dictis
penis et censuris et aliis ad
arbitrium provisoris declarandis
et fulminandis habito in gravioribus
consilio magri regentis et duorum aut
trium confessorum per eundem
provisorem vocandorum precipimus
et mandamus universis regularibus
personis ordinis nri ac aliis nobis
subditis in eodem collegio ad que in
tota domo thlanor commorantibus
quatenus eidem provisori in premissis
et ea tangentibus ac ab eisdem deppendentibus
diligenter assistant devote pareant

et humiliter et absque recalcitratione
obediant omnes in Xpo viceribus
exortantes ut se veros dei filios
honestosque religiosos ac dignos fore
habitos religionis monstrantes mutua
charitate invicem diligant iuniores
suis senioribus honorem reverentiam
et obedientiam superiores vero suis
inferioribus in bonis et virtuosis
operibus ac nostris regularum observantiis
tanquam homines frugi virtutum
exempla exhibeant ut sic virorum
studentes qui a virtute nomen simpserunt
laudabilem formam a nostris regularibus
immitantes ac summam veritatis
doctore et bonorum optimorum
collatore honorem in terris in

Celis vero gloriam assequi mereantur.

Cum Ezomsori tenore presentium
committimus auctoritatem et facultatem
petendi levandi et exigendi universos
et singulos census redditus et proventus
cuiuslibet generis rerum ipsi collegio ab
antiquo pertinentes et de receptis faciendi
bonas competentes et validas bilhetas
et quietantes ipsosque redditus et
obliaes cum conscientia prefati domini
commendatarii aut sui vicarii in eodem
monasterio distribuendi donec aliter super
hoc fuerit dispositum per eos ad quos
spectat tam ad providendum capelle
collegii de luminaribus in servitio
divino necessariis quam ad faciendum
quasdam parvas communes necessitates

reparationis ut sint scire communis mense
scanna et alia similia quam etiam
ad subveniendum quibusque suis necessitatibus
familiaribus de quibus omnibus tam
receptis quam expensis anno quolibet
fideles reddet computationes ut
premissum est et illas ad nos
clausas transmitti. Verum
quoniam leges frustra conduntur
et iura nisi sit qui ea debita
observari faciat provisori districtius
in virtute salutaris obedientie mandamus
quatinus has nostras ordinationes
et statuta ipsi collegio et personis
salubria quater quolibet anno pro
minori capitulariter universis studentibus
ad sonum campane de mane congregatis

Legi faciat et Articullate ut oque
fuerit exponat Datum sub
Appen sigilli nri In monasterio nro
et Ardorello Urbana die Mensis
Maij Anno dni millesimo quadringentesimo
octuagesimo secundo.

Lordre des statuts selon leurs
Datte

1	Status de Lay	1309	p 88
2	Status de Lay	1310	p 1
3	Status de Lay	1313	p 37
4	Status de Lay	1314	p 106
5	Status de Lay	1324	p 191
6	Status de Lay	1328	p 219
7	Status de Lay	1329	p 238
8	Status de Lay	1366	p 254
9	Status de Lay	1374	p 251
10	Status de Lay	1380	p 300
11	Status de Lay	1384	p 256
12	Status de Lay	1389	p 301
13	Status de Lay	1407	p 196
14	Status de Lay	1407	p 207
15	Status de Lay	1408	p 404
16	Status de Lay	1410	p 366

p. 76

492

17 Status de Lay — 1412 — p 375
18 Status de Lay — 1423 — p 439
19 Status sens datte — p 246
20 Status sens datte — p 391
21 Statuta Papalia — p 314
22 Statuta locorum baccal. ~~Lay~~ an 1404 p 408.
23 Statuta sive articuli Concordatorum
Inter Regentes in artibus an 1426 p 210 et seqq.

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE



